**Q**uarto dicitur sacrificium quod sacrum factum et mirandum. **I**n isto sacrificium a fidelibus adoratur quod non esset nisi esset ibi sacrum factum. id est christus totus contentus cui adoratio debetur. **C**irca verba canonis queritur quare hec verba canonis secrete et sub silentio dicuntur. **D**icendum secundum Innocentium quod quadruplici ratione. Prima est propter significationem. Nam secundum Innocentium ista oratio significat recessum filii dei a iudeis in Effrem. Vel post illam orationem post laudes puerorum in iherosolymam reuersus est in bethaniam et quolibet mane intrabat in templum usque ad passionem et ibi secrete orabat. In signum huiusmodi ego secrete orat sacerdos. **S**ecunda ratio vero propter maiorem mentis conversionem ut denotetur quod conuersus est ad dominum. tunc enim sacerdos debet intrare secrete cubiculum cordis sui et ostium sensuum clauso dominum orare. **S**imiliter habes in libro Regum. j. de Anna

que orabat nec loq̄batur sed labia mouebat̄ tñ. **H**ic nec verba sacerdotis debet̄ audiri. **T**ertia p̄pter p̄culi euitatōem nā in p̄mitua ecc̄a dicebant̄ alte et publicē vt modo i pasceue s̄m aliq̄s d̄z libera q̄s ac. et alijs diebus secrete. **H**oc aut̄ fit ad alludēdū p̄mitue ecc̄e ritum vñ aut̄ nō fit qz legit̄ q̄ i p̄mitua ecc̄a pastores ista verba sacramēta h̄c sicut audierāt dicebāt et cantabant custodiendū aīalia sup̄ pasnem suū qui statim cōuersus est in carnez et pastores igne de celo obuasi sūt p̄pter irreuerētiā quā faciebant verbis sacris. **S**ed tūc est dubiū q̄mō facta fuit talis ouersio cū nō essent sacerdotes. cū tñ req̄r̄tur de necitate q̄ celebrans sit sacerdos vt in p̄mo habitū est. **D**icendū q̄ nō fuit vt credo ouersio illa virtute verbor̄ vt in missa qz caractes rē nō habebāt sed fuit quedā apparitio carnis ad exemplū n̄m ne de cetero tales irreuerētiās faciāmus. vel potuit eē ouersio virtute dei que nō est alligata aliq̄b̄ verbis. **S**ed primum melius dicitur vt credo ne layci ergo hec verba audientes ea decantarent in vicis et in plateis secrete dicitur. **Q**uāta ideo propter maiore reuerētiā et rep̄ntacōnē que em̄ in publico sūt in minori r̄putacōne sūt. **Q**uia nimia familiaritas parit contemptū. **E**t ideo nō lez vt hec sacratissima verba a laycis andiāt. **V**idemus em̄ q̄ reliquie etiā q̄ tar-

diūs et secrecius ostendūtur in maiori reuerentia habentur. **Q**ueritur quare **C**anon plus incipit per hanc litteram **T**. q̄ per aliquā aliā litterā. **D**icēdū s̄m q̄ totum videtur eē factum prouidētia diuina. q̄ ibi specialiter recolit̄ memoria passio nis x̄pi p̄pter quod etiā in multis libris ymago x̄pi depigitur seu crucifixi vt nō solum affectus littere s̄ etiam picture memoriā d̄m̄ce passionis inspiret. **I**deo a tali littera incipit. que sua forma signum crucis ostendit et exprimit in figura. **N**az s̄m ystorū in libro ethimo. littera thau. significat crucem x̄pi cū sit littera mistica. **V**n̄ notādum est q̄ in littera ista tria sunt. **E**st ibi basis significans dei fortitudinem. **E**st ibi stipes significans spei alacritudinem. **E**st ibi linea transversalis significans latitudinem caritatis ideo sic scribitur.

### **De exposicōe canonis z primo ipsius Te igitur**

**Q**uod iudicandum iam cōsequenter est quomodo exponitur **T**e igitur. que diuitur i tres partes quare primo ponit paternam inuocacionem dicendo **T**e igitur. **S**ecundo offerentis ministerialem peticionē ibi **D**uplices. **T**ertio explicat suā intentionem ibi vt accepta. **P**rimo ergo patrem inuocat dicens **T**e igitur. **C**irca qd̄ notādum q̄ igitur



ē illauū respectu p̄cedētū. dixerat ei  
statim in fine p̄fatōnis vt voces no  
stras cū angelis admitti iūberet de  
precamur et qz sumus vnū corpus  
cum angelis igit̄ clementissime pa  
ter n̄c. quasi inserēdo loq̄tur. Dicit̄  
aut̄ clementissime idest p̄tegentissi  
me qz p̄tegamur per te scz a mūdi  
oblectatione ab hostiū ipugnatione  
a carnis infectiōe p̄ primo d̄: cle  
mens. p̄ secundo clementior. p̄ ters  
cio clementissimus. Additur aut̄ p̄  
ih̄m x̄pm qz ip̄e dixit discipulis suis  
quicq̄d p̄cideritis patrem in nomie  
meo dabit vobis vnde in noie eius  
petere debemus **Et nota qz bñ mira  
biliter nomiatur et describitur x̄ps**  
**Primo q̄tum ad eius dignitatem**  
**regalem cū dicit x̄pm idest vndum**  
**Reges em̄ consueuerunt vngi vñ ps.**  
**Vngit te deus deus tuus n̄c. Vnde**  
**q̄tum ad effectū salutarem cū dicit**  
**ih̄m vnde Math. i. dicit̄ Vocabis**  
**nomen eius ih̄m ip̄e em̄ saluū faciet**  
**populum suū a peccatis eorum. Ter**  
**cio q̄tum ad p̄prietatem p̄sonalem**  
**ibi filium Inter personas diuinas**  
**ip̄e solus dicit̄ filius vñ athanasi?**  
**Alius pater. alius filius. Quarto**  
**q̄tum ad dignitatem imperiale cū**  
**dicit d̄nm Ip̄e em̄ est n̄r imperator**  
**et d̄ns quia emit nos sanguine suo**  
**Vñ ap̄ls Empti estis p̄cio magno.**  
**Quinto q̄tum ad fraternalem cō**  
**nectionez cum dicit n̄m gen. xxvij.**  
**Caro em̄ et frater noster est.**

**De offerentis finali petitiōe**

**S**equitur secunda p̄ticula **Te**  
**igitur cū dicitur supplices ro**  
**gamus et petimus? In qua ponit offe**  
**rentis hūilitatem congrue em̄ i ora**  
**cione debet esse hūilitas quia roga**  
**re ad hūilitatem p̄tinet. quia semp**  
**rogans vt sic est inferior et rogat?**  
**vt sic superior p̄pter quod dicit̄ sup**  
**plices idest hūiles rogamus q̄tum**  
**ad illa que nobis sursum deficiunt**  
**Ac petimus hoc dicit̄ q̄tum ad illa**  
**que ad salutez n̄am necessaria sūt.**

**De intentione offerentis.**

**S**equitur tertia p̄ticula vbi ex  
plicat intentionez cū dicit̄ vt  
accepta habeas. Circa hoc nota qz  
licet vt et vt quasi idem significant  
tamē differunt s̄m magis et minus  
explicitum et implicitū. quia vt est  
cū maiori expressiōe **Et debes scire**  
**qz debet acui in vltima ad differen**  
**ciaz de vt qd̄ est verbum infinitiui**  
**modi de vtoz vteris. Dicit̄ ergo vt**  
**accepta idest grata habeas et benedi**  
**cas. Nota hic qz inuenitur i scrip**  
**turis multiplex benedictio. Nā que**  
**dam est puritatis et dilectiōis sicut**  
**aque benedicta quia aqua benedi**  
**cta delet venialia peccata. Alia est**  
**significatiōis sicut est benedictio**  
**anerum que significat hūilitatez**  
**sicut etiam candelarum et ramorum**  
**Alia est perfectiōis sicut benedici**  
**tur vestes cū q̄bo ad altare mistraf**  
**Alia est dispositiōis et p̄paratiōis**

sicut bñdicuntur et pparantur que  
 ptinent ad h̄ sacrificium. **A**lia est cō  
 firmationis et sic oblata bñdicuntur  
 qñ fit transsubstantatō et istis duobus  
 modis accipitur hic bñdictio.  
**¶** Sequitur h̄ dona. **C**irca qd notā  
 da sūt duo. primo q̄ verba significā  
 cent. secūdo quare tres cruces fiunt.  
**Q**uantum ad primū sciēdum q̄ do  
 na dicuntur quia dantur a supiori.  
**J**acobi. j. **O**mnē datū optimum et  
 omnē donum pfectum etc. **M**unera  
 dicuntur qz offeruntur ab inferiori  
 vel qz mittuntur nobis hic inferius.  
**S**acrificia dicuntur. qz offeruntur  
 p peccatis. **D**icunt etia dona p opa  
 tionē ad donantē. **S**acrificia p opa  
 tionē ad effectū. **V**etia p representa  
 tionē qz xpm passum et sacrificatū  
 representat. **J**uxta illud **Choz. xij.**  
**Q**uod escūqz māducabitis panes  
 hūc et calicē bibetis. mortem domi  
 ni ānunciabitis etc. **S**ed dicuntur  
 illibata idest incorrupta. nō qñ sba  
 panis et vini possit corrumpi. s̄ qz  
 corpus et sanguis q̄ ibi cōtinentur  
 corrūpi nō possunt neqz panis et vi  
 num auertatur vñ ps. **N**on dabis  
 factū tuum videre corruptionē. **V**el  
 dicunt dona qz xps fuit nobis a deo  
 datus. **M**unera qz a iuda traditus  
 triginta denarijs. **S**acrificia quia  
 a iudis fuit ad mortē traditus. **I**o  
 sacrificium imaculatū. **V**el sm **In**  
**nocent.** **D**eus pater est donās ex au  
 ctoritate ideo dicitur dona. **F**ilius se  
 sacrificans ex caritate ideo dicitur sa

crificia. spūssand? acceptās ex libe  
 ralitate ideo dicitur munera vt ostens  
 datur totam trinitatem fuisse opera  
 tam xpi passiōem. **V**el dicitur dona  
 quia datus fuit liberaliter. **M**unera  
 quia datus fuit vtiliter. **S**acrifi  
 cia idest sacrificata quia datus est  
 nobis vt nos sacrificaret mentalit̄.  
**I**llibata idest nō aliquādo libata. **I**  
 illibata idest imaculata. **¶** **Q**uātuz  
 ad secūdum videndum quare tres  
 cruces fiunt. **A**d qd dicēdum q̄ hic  
 fiunt tres cruces. **P**rima cū dicitur  
**H**ec dona. secūda cū dicitur **H**ec mu  
 nera. tercia cū dicitur **H**ec facta sacri  
 ficia. et hoc multis de causis. **P**rima  
 est in honorem sacre trinitatis cuius  
 virtute fit cōuerfio ista. **S**ecūda ē  
 in signum triplicis vniōis in car  
 natione saluatoris. fuit em̄ diuinitas  
 vniū anime xpi. **I**te carni. **I**te  
 caro et anima inter se. **T**ertia est in  
 memoriā eterne crucifixionis xpi.  
**P**rima fuit in voluntate persequen  
 dum. **Jo. xj.** **C**ollegerunt ergo pon  
 tifices et pharisei consilium et dice  
 bant. **Q**uid facim? quia homo iste  
 multa signa facit etc. **S**ecūda fuit  
 in voce clamandū de qua **Math.**  
**xv.** **I**lli clamabant magis. **C**rucis  
 fige eum. **T**ertia fuit in crucifixiōe  
 pedum et manuum. **Luce. xxij.** **I**bi  
 aut crucifixerunt eum. **Q**uarta cau  
 sa est in figura triplicis traditōis  
 xpi. fuit em̄ primo traditus a patre  
 secūdo a iuda. tercio a iudis ipi pp  
 lato. **S**ed hic potest esse dubium

vnū qz cum dicat hęc bona hęc mu-  
nera in plali videt qz istō sacrificiū  
nō sit vnū sacramentū Sed dicen-  
dū qz vnū dicit multis modis vno  
modo vnū simplicitate sicut punctus  
vel etiā forma substantialis vel age-  
lus. et isto mō istud sacramentū nō  
est vnū Alio modo dicitur vnū cōposi-  
tione et isto mō dicitur sicut ex ma-  
teria et forma dicitur vnū cōpositione  
nec isto mō dicitur sacrificiū vnū qz  
corpus et sanguis nō sūt vnū cōposi-  
tione pprie loquēdo cū sint cōposita  
distincta. Tertio mō dicitur vnū inte-  
gritate sicut tota comestio i eadem  
mensa in qua licet q̄tūcūqz ferula  
sint diuersa et vna dicitur tñ vna co-  
mestio et h̄ vnitatem integritatis. qz  
cibus et potus simul integrat refecti-  
onē et habet effectū scz nutritōnem  
Et isto mō istō sacramentū dicitur  
vnū sed i plali pōt dici plura p̄mis  
duobus modis.

**De optatōe salutis p̄ q̄bo offert**  
**S**equitur in primis q̄c. In hac  
sc̄da p̄ticulari sc̄cunde p̄tis p̄nci-  
palis canonis ponit optatio salutis  
illorū p̄ quibz offertur et qm̄ bonū  
cōe preferendū est bono p̄ticulari.  
Idcirco fit p̄mo memoria pro tota  
ecc̄a ḡn̄aliter ibi pro ecclesia tua.  
secūdo p̄ capitabz sp̄aliter. ibi vna  
cū famulo tuo q̄c. Tertio p̄ omibz  
fidelibz et cūctis singularit̄ ibi Me-  
mēto dñe Dicit ego in primis idest  
p̄ncipalit̄ et p̄mo q̄ tibi offerimus  
tibi inq̄. qz te offendimus et te pro

te dōre cupim? et p̄ ecclesia tua s̄c̄-  
ta **C**irca h̄ duo sūt videnda pri-  
mo vocabula exponit Sed vnu  
dubium mouebit Quātū ad p̄mū  
qz dicitur ecc̄a. videbit̄ q̄modo dif-  
ferūt ecclesia et synagoga. Ad qd̄  
dicēdū qz s̄m p̄ h̄o. viij. libro ethi-  
ecclesia grece idē est qz cōuocatio la-  
tine Synagoga aut̄ idē est qz cōgre-  
gatio. ideo synagoga nō minus q̄  
duodecim i h̄m̄ cōgregatis Vñ apli  
et s̄c̄ti cōuocatiōem synagogā voca-  
uerūt ad dandā d̄rām iter cōgrega-  
tiōnē et vocatiōem vñ ecclesia nō cō-  
gregatio sed cōuocatio dicitur. Nam  
cōgregari etiam pecora et bestie solēt  
Vñ pecorū greges dicuntur cōiter et  
pprie cōgregari. sed vocari pprie p̄-  
tinet ad habentes rōem sicut sūt ho-  
mines. Ideo cōgregatio iudeorum  
synagoga dicitur. xp̄ianorum aut̄  
ecclesia. **S**equitur sancta idest xp̄i  
sanguine tincta Vel dicitur sancta  
pp̄ter s̄c̄tos qui habitant ibi qz  
ecclesia nō sūt parietes tectum fū-  
damentum et h̄m̄. sed fideles q̄ de-  
bent esse s̄c̄ti Iuxta illud apostoli.  
Hec ē voluntas dei s̄c̄tificatio v̄rā  
Vel nota qz dicitur sancta quadru-  
pliciter sicut habuisti in expositiōe  
symboli **S**equitur catholica id ē  
vniuersalis ad ostendēdum qz alie  
congregationes puta hereticorum  
scismaticorum malignorum et h̄m̄  
sunt particulares Quātū ad se-  
cūndum videtur qz peticio hęc sit in-  
cōueniens saltem q̄tūm ad modū

petendi quoniam orat primo pro se quia  
 cantas incipit a seipso. Responso quod  
 aliquando in oratione homo gerit typum  
 persone singularis aliquando vniuersalis et  
 generalis. Singularis tunc est bene ve-  
 rum quod debet incipere a se ipso sed vni-  
 uersal non cum secundum aristoteli. primo ethi-  
 cum bonum commode sit dignius bono par-  
 ticulari ideo preferendum est tunc bono  
 singulari. Ideo in primo debet orare  
 pro bono communi. Et quia sacerdos repre-  
 sentat christum ideo primo orat pro communi id  
 est ecclesia. **Dequit** quia pacifi-  
 care. In qua parte specificat quod petit  
 et petit hic quatuor. Primo custodiri  
 ab aduersariis hominibus cum dicit  
 quia pacificare. Secundo ab impugnan-  
 tibus demonibus ibi custodire. Unde  
 loco ecclesie dicit in psalms. Custodi me  
 domine ut pupillam oculi tui. Tertio ut  
 infideles ad fidem uocentur. Ibi aduer-  
 uare. id est ad unum trahere videlicet  
 ad unum deum colendum. unum ritum  
 tenendum. et ad unam fidem confis-  
 tendum. Quarto ut precepta et cons-  
 tituta seruentur ibi et regere dignes-  
 nis quia tunc bene regit quoniam rector et  
 domino obedit. Notandum primo circa pri-  
 mum quod merito petit ab aduersariis  
 tuitionem. Nam multi sunt aduersarii  
 ecclesie. et erant eius. vij. status ut apoc-  
 lyptis fuit reuelatum. In primo statu fuerunt  
 aduersarii iudei scilicet in statu apolorum  
 In secundo scilicet martirum tyrannorum. In ter-  
 cio confessorum hereticorum. In quarto hypo-  
 critarum. In quinto prauis religiosi. In  
 sexto satellites antichristi. In septimo

ipemiet antichristus. De his omnibus petit  
 ecclesia pacificari et defendi.

**Dequit** vna cum famulo tuo. In  
 qua parte orat pro capitibus ecclesie scilicet  
 pro principe spirituali et terreno. **Spūal**  
 princeps habet gladium verbi dei ad repel-  
 lendum hereses. **Terrenus** autem princeps  
 habet gladium ferri ad ferendum et tu-  
 maces. De his duobus dicit **Luc. xxi.**  
**Eccce gladium duo habet. Hec** ergo pars  
 in qua oratur pro istis diuiditur in tres  
 quod primo orat pro capite spirituali. **Se-**  
 cundo pro temporalibus ibi et rege nostro. **Tertio**  
 pro statu vniuersali ibi et omnibus or-  
 thodoxis. **Prima** in duas quod primo  
 orat pro capite spirituali vniuersali. **Sec-**  
 cundo pro spirituali singulari ibi et antisti-  
 te nostro primo ergo orat pro capite spirituali  
 vniuersali dicens vna cum famulo tuo  
 papa nostro. **Secundo** habet quod vna est aduersionem  
 id est partem. Et tamen breuiter addit  
 quod debet habere papa. nam tamen habet primo  
 quod debet habere vnitatem cum dicit vna nam  
 si esset plures et diuisus a fide statim  
 deberet deponi. In nullo autem alio casu  
 potest deponi. **Secundo** humilitatem cum sub-  
 dit cum famulo tuo. **Iohannes gregorius** vocauit  
 se seruum seruorum. **Tertio** principalem  
 auctoritatem. Ideo dicitur papa quod  
 est vocabulum admiratiuum et dicitur  
 uum et hoc dicitur clemens addidisse.  
**Quarto** cantatez ideo sequitur nostrum  
 Et sic quilibet debet pro capite orare.  
**Dequit** et antistite nostro et hoc  
 debet intelligi et referri ad ipsum episcopum  
 in cuius dyocesi celebratur. Et dicitur  
 antistes quasi ante stans scilicet

alios tanq̄ exemplar alioꝝ. Et no-  
tandū hic duo. p̄mo q̄ istud nomē  
gnale hic ponit̄ vt possit om̄ibz cō-  
petere et omnibz applicare. Sec̄do  
nota q̄ q̄n aliquis celebrat rome ut  
dicit̄ nō ponitur āt̄stite Rō est q̄  
papa ē ibi āt̄stes et ep̄us i alijs ac̄.  
Rege nō. **De** q̄tur rege nō vbi  
oratur p̄ capite seculari et potestate  
tp̄ali et debet r̄ferri ad regem in e-  
regno sacerdos celebrat. **De** q̄tur  
et omnibz orthodoxis idest recte glo-  
riantibz in bono sc̄z statu. Et nota  
q̄ mirabiliter in h̄ p̄pocrite et fidi  
cōfundūtur q̄ sacrificiū istud non  
efficaciaz habet nisi in h̄is q̄ recte  
in bono gloriātur sc̄z qui fidem ore  
p̄fitentur et ope cōplent. Non dicit̄  
tur q̄n possunt confidere sed dicit̄ q̄  
non p̄ficiat eis. Vñ orthodoxū dicit̄  
quasi recte glorians. **De** quitur  
atqz catholice et ap̄lice fidei cultori-  
bus. Et nota q̄ differūt orthodoxi et  
cultores q̄ orthodoxi possunt glori-  
ari principaliter de fide quā habēt  
in mente p̄ respectum ad actum in-  
terioꝝ credendum. Sed cultores  
dicuntur per respectum ad actum  
exteriorē seu ad opus exteri. Di-  
cit̄ aut̄ ap̄lice q̄ fuit in ap̄lis fūda-  
ta et p̄ ap̄los predicata.

**De** quitur tertia ps̄. Memento  
dñe ac̄. In qua pte memento  
dñe oratur p̄ fidelibus in speciali  
et diuitur in duas. Nā primo fit mē-  
tio quorūdam explicite. Sec̄do oim̄  
astācium implicite. Ibi et omnium

circūstācium. **Circa** p̄mū vidēda  
sūt h̄ p̄ ordinē p̄mo q̄re dicit̄ memē-  
to dñe q̄ nunq̄ obliuiscit̄ de. **Dis-**  
cendū q̄ nō p̄mmo oia scit̄ et nouit̄  
q̄ oia nuda et apta sūt oculis eius  
ad heb. iij. Sed dicit̄ obliuisci eos q̄  
bus nō infundit bona sua vel grām  
suā. Dicit̄ aut̄ p̄ oppositū recordari  
illoꝝ q̄bz dat grām suā. **De** cūdo  
q̄ritur q̄re nō dicit̄ seruorū et ac̄illa-  
rū sicut famulorū et famularū. Dicit̄  
dum q̄ notanter dicit̄ famulorū. Nā  
famul? dicit̄ a femore. seruus a serui-  
tute. Vñ dicit̄ Aug? q̄ vsqz q̄ filij  
noe peccauerūt nō fuit seruitus sed  
bene reuerētia debita deo parētibz  
et alijs. sed p̄pter peccatū seruitus  
est introducta. Ad ostendēdū ego  
q̄ istud sacrificiū debet fieri ex me-  
ra dilectione nō ex seruitute dicit̄ fa-  
mulorū et famularū. **Tertio** q̄re  
qualiter et quo ordine debet fieri me-  
moria et dicēdū grossomō dimissis  
alijs sb̄tilibz q̄ ic̄piēdū est a cōi et  
descēdēdo ad sp̄alia in q̄bz talis or-  
do seruari pōt̄ q̄lis seruari in declina-  
ciōe alic? nois s̄m gramaticā. Nā  
primo mō est orandū pro noiatuo  
idest p̄ seipō. Sec̄do p̄ gemitio idest  
gemitioꝝ et parentibz tam carna-  
libz q̄ sp̄ualibus sicut est pater-  
nus et materna. Tertio pro datuo  
idest pro illis qui dant et benefaciūt  
quibz homo tenet̄ necessario. Quā-  
to pro accusatino idest p̄ inimicis  
et persecutoribus q̄ q̄tū ad ea que  
a deo habent diligendi sunt sc̄licet

naturā et grām licet nō q̄tuz ad cul-  
 pam et defectū quia h̄o habent a se  
 ipsis. Quinto p̄ vocatiuo idest pro  
 infidelibus vt deus eos vocet ad ver-  
 cultum et ad agnitōem eius. Sexto  
 p̄ ablatiue idest pro illis qui sūt  
 mortui et ablati de hac luce et hoc de-  
 bet fieri in vltima commemoratiōe p̄  
 corporis eleuatōnem. **Quarto** q̄ritur  
 p̄ q̄bus debeat p̄mo fieri memo-  
 ria. Dicendum q̄ hic debet fieri memo-  
 ria p̄ viuīs primo q̄ pro defun-  
 ctis. Ratio potest esse talis vbi ma-  
 gis est piculum iui cūus est subue-  
 niēdum. Certū est q̄ viuī sūt i ma-  
 iori periculo quia possunt damnari  
 mortui aut̄ qui sūt in purgatorio  
 p̄ quibus solum est orandū certi sūt  
 iā de salute scz nōdum eam cōsequā-  
 tur donec omnia crimina purgētur  
 vbi debet fieri memoria. **Quinto**  
 queritur q̄n debet fieri memoria pro  
 viuīs. Dicendum q̄ imēdiate ante q̄  
 dicat̄ et omniū circūstāciū debet  
 fieri memoria vt predixi nō tñ debz  
 fieri maxima memoria in tali mem-  
 to et h̄o p̄pter cordis distrāctiōez et  
 mentis euagacōnem s̄ breuīt debet  
 se h̄o expedire. In figura cui? p̄cep-  
 tū fuit in lege. q̄ agnus paschalis  
 qui figurabat xpm comederetur festi-  
 uiter et h̄o ne m̄. De morietes per-  
dant sanitatē vnguenti et dicit ecc̄. p̄-  
ne vt cogitatōes p̄dant deuotiōē  
**Sequitur** et oim circūstāciū. et  
 hoc se extendit ad omnes missas de  
 uote audiētes ex quo p̄t̄ q̄ bonum

et salutiferū est audire missas. Et iō-  
 rōe hui? q̄rit **Innocētiū**. vtrū quilibet  
 teneatur audire missam in festi-  
 uitatibus. Et dicit q̄ sic alioquin pec-  
 cat de se. di. j. Omnes fideles. et c.  
 diebus dñicis dicit q̄ quilibet tene-  
 tur. Doctores enim dicūt cōiter q̄  
 dñicis diebus nisi impedimentum  
 fuerit cōueniēs magne necessitatis  
 quilibet tenetur audire missam alit̄  
 peccat mortaliter. Et ratio em affig-  
 nant. quia ad p̄cepta negatiua te-  
 netur quilibz semp et ad semp. Ad  
 affirmatiua vero semper sed non ad  
 semp sed p̄ loco et tempore q̄ tem-  
 pus ecclesia determinauit scilicet in  
 diebus dñicis. Est em p̄ceptum q̄  
 sabbatum s̄cificemus. Et dicit̄ de  
cōse. di. j. p̄mo ca. Die dñico q̄ pro  
 sabbato dies dñica habeatur. Alij  
 aut̄ dicunt q̄ sic exponitur. p̄cipi-  
 mus idest ordinam? sed hec glosa  
 nō videtur bona quia in dubijs tu-  
 cior via est tenenda. **Sequitur**  
 quorū fides cognita est. Hoc dicit̄  
 ad tenotandum q̄ pre alijs sacra-  
 mentis. In hoc sacramento fides ne-  
 cessaria est quia ea que fiunt mira-  
 biliter transcendunt naturam hu-  
 manam et experimentum nullum pre-  
 bet ratio nostra de h̄is. Ideo oportz  
 necessario q̄ fides prestet supplemē-  
 tum sensuum defectui. Nam h̄o om-  
 nes sensus deficiunt sicut apparet  
 excepto auditu. quia audimus ita  
 esse vocali sermone sed non vides  
 mus nisi speciem panis et vini et

nec gustam? nisi sapore panis nec  
 tagim? nec odoram? **I**o hūme neces  
 saria est fides. **De**q̄tur a nota de  
 uotio. Nam nō solū fides p̄mo deuo  
 tio est necessaria h̄ a mētis eleuato  
 et nō solū in celebrante p̄mo etiā  
 in assistentibz a frequenter attingit  
 q̄ assistens plus p̄ficiat q̄ celebrās  
 qz forte celebrās erit in peccato. **Ex**  
 emplū de q̄dam dñā deuota q̄ in do  
 mo frat̄ audiebat m̄s. az i sabba  
 to a q̄n frat̄ debuit cocare nō inues  
 mit tertiā ptem hostie quā q̄dam ec  
 clehie seruant vsqz ad finem compl  
 ta autem m̄ssa frater cum fletu sta  
 bat an̄ altare de negligētia cofusus.  
**Et** tūc uenit dñā ad eū dicens non  
 dubitetis frater qz tertiā ptem ho  
 stie nō sumphistis sed angel? mibi  
 eā portauit a cocauit. **Et** sic patz q̄  
 mō deuotio opatur in assistentibz  
 audietibz. **Ex** q̄ apparet q̄ deuoti au  
 dientes p̄ficiūt a cocant et si nō sa  
 cramentaliter saltē spūaliter a aliq̄n  
 sacramentalit̄ sicut ista dñā. **De**q̄  
 tur p̄ q̄bz tibi offerim? uel qui tibi  
 offerūt. **H**ic sb̄dit̄ postulatio dicē  
 ego q̄ tibi offerūt qz nō solū sacer  
 dos p̄mo assistētes offerūt. **De**q̄  
 tur hoc sacrificiū laudis. **I**uxta illd̄  
 ps̄. **I**mmola deo sacrificiū laudis.  
 qz p̄ seipō debet homo orare qz cari  
 tas ordinata a seipsa incipit. fuisqz.  
 h̄ p̄tinet ad alios q̄bz tenetur p̄ re  
 demptōe scz a peccatis quia pro cor  
 pore nō est orandum qz corpus qd̄  
 corūp̄itur aggrauat animam. **h̄m**

q̄ dicit sapiēs. sed p̄ salute anime.  
**I**deo seq̄tur p̄ spe salutis a incolu  
 mitatis sue. **De**q̄tur tibi qz red  
 dūt uota sua eterno deo uero a uiuo.  
**C**irca hec uidentia sūt q̄dam. **P**ri  
 mo q̄re dicif̄ p̄latiter offerimus. **Et**  
 dicēdū qz ad denotādū ecclesie vni  
 tatem. **I**tem qz sacerdos uel offerēs  
 p̄sentat personam xp̄i que cōis fuit.  
**De**cūdo q̄rit **I**nnocēn. quare di  
 citur h̄ uota. qz primū qz hic agit̄  
 debet esse liberale quare ego uocat̄  
 uotum. **D**icēdū qz nos deo obliga  
 mur rōne beneficiorū q̄ nobis p̄stat  
 p̄pter qd̄ h̄ sacrificiū pōt dici donū  
 qz liberaliter a gratis agim? h̄ pōt  
 dici uotū qz deo obligam. **T**ercō  
 q̄rit q̄re d̄r eterno deo uiuo a uero.  
**Et** dicēdū qz aliquis pōt dici deus  
 adoptiue sicut homines ps̄. **E**go dixi  
 dñ̄ estis uel usurpatue sicut dyab  
 olus ps̄. **O**mnes dñ̄ gētum demo  
 nia. **V**el nuncupatiue sicut ymagi  
 nes a nullum istorum dicitur p̄pre  
 deus. **A**d excludendum ergo hoies  
 dicitur eterno. **A**d excludēdū demo  
 nes dicitur uero. **A**d excludendum  
 ymagines dicitur uiuo. **V**el dicen  
 dum qz eternitas attribuit̄ patri q̄  
 principium est p̄sonaz diuinarum  
 uita aut̄ attribuitur spūisfacto. **V**n̄  
 in ioh̄e. **S**pūs est qui uiuificat ue  
 ritas attribuitur filio. **V**nde **i**oh̄is  
**E**go sum uia ueritas a uita. **O**mnes  
 aut̄ tres persone opantur in hoc sa  
 crificiō. **D**icitur ergo eterno rōe pa  
 tris. uiuo rōe spūisfacto. uero rōe filij.

## De memoratōe sanctorū

**Q**ommunicātes ac. **H**ec ē ter-  
cia particula p̄me partis p̄i-  
cipalis canonis. Postq̄ posuit me-  
moratōem salute indigentū hic po-  
nit memoratōem adiuuantū scilz  
sanctorū in q̄rū reuerētia offertur.  
**E**t diuidentur in quatuor partes. **P**rmo  
ponit sanctorū memoratōem in ḡnali.  
**D**ecō gloriose virginis ī speciali.  
**T**ertio martirū ap̄lorū quondā in  
singulari. **E**t quarto cūctorū in vni-  
uersali ibi. **E**t oīm sanctorū quorum  
meritis ac. **A**lie ptes vbi incipiūt  
de se patet. **D**icit ḡo p̄mo coicantes.  
qz ad rei veritatem nos coicamus  
cū sanctis in fide qz nos a ip̄i habe-  
mus deū p̄ obiecto licz in mō diffe-  
ram? qz ip̄i nude a clare vident qd̄  
nos credim? p̄ speculū a i enigma-  
te. **I**pi aut̄ facie ad faciem.  
**D**e q̄tur **E**t memoriam venerātes.  
**H**ic q̄rit q̄re d̄r memoriam a nō  
solemnitate. **R**espōsio qz memoria  
lacius sumit a accipit q̄ solemnitas.  
**N**ō em̄ de omibz factis facimus  
solemnitate sed memoriam. **D**e q̄-  
tur **I**n p̄mis h̄ fit mentio sp̄alis de  
btā virgine de ap̄lis de martiribus.  
**R**atio aut̄ q̄re de btā virgine fit cō-  
memoratio in canone p̄tz **f̄m factū**  
**thomā in. iij.** qz ip̄a obtulit xpm̄ in  
templo. **I**deo in hac oblatōe ip̄a  
debet noīari. **I**te qz xpus est caput  
ecc̄ia corpus. btā virgo collū. quia  
sicut a capite p̄ collū diruant spūs  
vitales ad corpus. sic grācie diuine

a xpo ad ecc̄iam p̄ v̄ginē glōsā. **N**ā  
ip̄a ē disp̄satrix grāz dei. **R**ō aut̄ de  
ap̄lis qz ip̄i tradiderūt nobis ritū a  
formā offerēdi h̄ sacramtū. **R**ō aut̄  
de martiribus qz ip̄i semetip̄os obtu-  
lerūt hostiā viuētē deo. **R**ō aut̄ qua-  
re cōfessores nō ponunt ē qz atiq̄t?  
ecc̄ia nō solēnizabat de eis. v̄l qz nō  
fuit passū sic xps e? passōis memo-  
riale h̄ agit. **A**git ḡo p̄mo memo-  
ria de btā virgine a tagūtur h̄ aliq̄  
suā dignitatē exp̄mētia. p̄mo dig-  
nitas inexpressibilis esse cū dicit̄. **I**n  
primis quia in celo post xpm̄ p̄ma  
est a p̄ncipalis. **D**ecōdo felicitas  
inexpressibilis ibi gloriose. quia sup̄  
omnē gerarchiam āgelorum. **T**erz-  
cō virginitas inaccessibilis ibi se-  
per qz virginitas. **V**nde ī monasterio  
de scō victore parisiis est quedam  
ymago gloriose virginis marie et  
ad pedē ymaginis est talis versus  
**D**um qz eram nec eram qd̄ sū nunc  
**d**icor vtrūqz. **V**etētia hui? versus  
clara est. qz sū qd̄ erā idest virgo si-  
cut ante. nec erā qd̄ sū scz n̄r h̄ nūc  
h̄z vtrūqz simul. qz mater ē a vir-  
go. **Q**uarto celebritas incōpabilis  
ibi marie. q̄ interpretatur illūiatrix.  
**N**am de ea cantatur sic. **C**ui? vita  
glōiosa lucem dedit seculo. **Q**uinto  
fecunditas inenarrabilis. ibi gemitū  
cis dei a dñj nostri ihu xpi. **Q**uicq̄t  
ad verā maternitatē p̄tinet totū fe-  
cit. filius aut̄ eius dicit̄ xpus quia  
rex. **X**pus enim idem est qz vnctus  
et reges vngebantur. etiam reges



frante nūc. a dī ihūs qz sa' u ator.  
**Math. ij.** Vocabis nomē eius ihū  
 ipē em saluū faciet pplm suū a pecca  
 tis eoz. **Deq̄tur** a btōz aposto  
 lorū ac martirū. Et nota qz h̄ ponun  
 tur. xij. noīa aploz a duodecā mar  
 tirū a p̄ illam visionē **Apo. v.** Vi  
 ginti q̄tuor seniores q̄ sedebāt l̄ sta  
 bant an̄ thronū. **Hec** p̄mo ponūt  
 duodecā apli qz illi p̄ferūtur maz  
 tiribz. Itē ipi sūt tanq̄ fundamētū  
 eccīe. In sp̄ali ergo dī petri qz est  
 caput ecclesie. Pauli qz xp̄us ī rap  
 tu h̄ sacrificiū reuelauit. **Vñ** dicit. **i.**  
**ad Clōz. xj.** Ego em̄ accepi a dño  
 qd̄ a tradidi vobis qm̄ ihūs in qua  
 nocte tradebat̄ accepit panem ac.  
 Andree qz de h̄ sacramēto cū egea  
 p̄ncipe mirabiliter disputauit. vt  
 habetur in legenda ioh̄is a iacobi  
 Ipsi fuerūt inter se frēs a osanguī  
 nei xp̄i. Nam mater btē Marie vir  
 ginis habuit tres viros a a quoli  
 bet habuit vnā filiaz noīe mariam.  
**Vñ** tota ista genealogia cōtinetur  
 sub hīs v̄sibz. **Anna** solz dicit̄ tres  
 accepisse maras. **Quas** genuere vi  
 ri. **Joachim Cleophas salomoqz.**  
**Has** duxere viri. **Joseph alpheus**  
**et zebedeus.** Prima parit xp̄m iaco  
 būqz sc̄da minorē. **Et ioseph iustū**  
**pepit cū symonē iudam.** Tertia ma  
 iorem iacobū volucrēqz. **Jobānem.**  
 De duodecā noībus martirum a  
 sciendū est quare illi noīantur tm̄.  
**Deq̄tur** lim̄ hic noīantur. xij. maz  
 tires. **Prim⁹** linus. sc̄s cletus. ter

tus clemens qui quīs essz p̄m⁹ tm̄  
 voluit qz illi duo p̄cederēt nec p̄ suc  
 cessionē sūm⁹ p̄tīfex esset. Et nota  
 gn̄aliter ad sciendū q̄re aliq̄ ponun  
 tur a aliq̄ nō. **Dicēdū** qz canon iste  
 factus est ex reuelatione diuina. Et  
 aliq̄n̄ sc̄i p̄res volētes aliq̄s amoue  
 re xl̄ apponere in crastinū inuenie  
 bāt scripta noīa eorū q̄s amouerāt  
 h̄is aureis. **Et** oim̄ factoz sequit̄  
 hic omēs apprehēdūtur a p̄m̄t̄ po  
 stulatio salutaris. Nam eoz merita  
 nos sūme iuuant a eccīa etiaz dicit̄  
**Indulgētias** q̄tidie q̄ dari possunt  
 ex meritis sc̄oz q̄bz ipi nō indigēt.  
**Circa** p̄dicta a sūt videnda q̄dam  
 dubia. **Primo** q̄re h̄ memoīa fit sc̄o  
 rum a petitur eorum auxiliū cū ipi  
 nihil possint opari ad hoc sacramē  
 tū nec etiā angeli dei. **Respondeo** a  
 dico qz sicut antiq̄tus qm̄ p̄phete vo  
 lebāt aliq̄ impetrare allegabāt sā  
 ctos p̄res p̄cedētes sc̄z abrahāz ysa  
 ac a iacob. **Hic** eccīa seq̄tur ritū eo  
 rū noīando factos quorum meritis  
 adiuiemur. licz nō operentur iuxta  
 cōsiliū. **Job. v.** dicens ad aliquē sc̄o  
 rū auertere. **Sec̄do** q̄ntur vtrum  
 facti sint interpellādi. **Et** dicēdū sūt  
 thomā. qz factis porrigitur oratō nō  
 tanq̄ per ipsos implēda sed vt me  
 ritis eorū a precibus orōnes sorciā  
 tur effectū a deo a hoc patet ex ip̄o  
 mō q̄ eccīa vtit̄ in oratō. **Nā** angel̄  
 et virgin̄ marie. **Et** alijs petim⁹ vt  
 orent pro nobis. **Tercō** queritur  
 quare dicimus ora pro nobis facte

petre nō aīa petri. dicēdū q̄ ideo qz  
 in toto supposito meruit. **Quar-**  
 to q̄ritur vtz sint supiores sc̄i semp  
 iterpellādi dicēdū s̄m thōmā q̄ q̄s  
 uis supiores sint deo magis accep  
 ti q̄ inferiores. vtile tū est etiā mi  
 nores sc̄os interdū orare a h̄o p̄pter  
 quīqz rōes. **Prima** aliq̄n h̄o habet  
 maiore deuotionē ad sc̄m minore  
 q̄ maiore ex deuotōe at̄ depēdet orō  
 nis effectus. **Secūda** p̄pter fastidiū  
 tollendū qz assiduitas vnius rei fa  
 stidiū parit p̄ h̄o aut̄ qz diuersos s̄c̄  
 tos oramus q̄si in singulis nouus  
 feruor deuotōis exitat. **Tercia** qz q̄  
 busdā sc̄is datū est i aliq̄b̄ casib̄  
 p̄cipue prōciān̄ sicut sc̄o ant̄hōmo  
 c̄tra infernalē ignē. **Quarta** ut om̄i  
 bus honor debet̄ exhibeat̄ a nobis  
**Quinta** qz pluriū orōm̄ib̄ q̄nqz ipe  
 tratur qd̄ vnius oratione nō impe  
 trat. **Quinto** q̄ritur vtrū sc̄i vide  
 ant orōes nr̄as. **Dicēdū** qz in beatis  
 est triplex cognitō sc̄z natural̄ bt̄a  
 et q̄dam media q̄ d̄r̄ reuelatio. **Si**  
 q̄o querat̄ de p̄ma cognitōe sc̄z na  
 turali vtz p̄ma cognitōe sc̄z natur̄  
 li an̄ facti videāt orōes nr̄as. **Dico** qz  
 nō qz n̄alis cognitō anime sepate  
 nō est perfectior q̄ n̄alis cognitō  
 anime diūcte. s̄ aīa diūcta corpi nō  
 cognoscit naturali cognitōe cogita  
 tiōes cordiū nec exteriora facta ab  
 sentiū ego aīa sepata nō p̄t̄ cogno  
 cere naturali cognitōe orōes nr̄as  
 mentales nec vocales viuoꝝ absen  
 tiū. **Si** aut̄ q̄ras de cognitōe beata:

**Dico** etiā qz nō. **Rō** est qz illa q̄ q̄n  
 qz cognoscūtur a q̄nqz non. nō p̄ti  
 nent ad cognitōem beatam. qz illa  
 semp manet. **Sed** cognitō quā ha  
 bēt sancti de orōm̄ibus nr̄is mentali  
 bus vel vocalibus nō semp est i eis  
 qz anq̄ orem̄? eas nō p̄cognoscūt  
 q̄o ac. **Si** aut̄ q̄ras de cognitōe re  
 uelatōis. **Dicēdum** qz omnes beati  
 cognoscunt orōes siue mētales siue  
 vocales q̄ ad eos dirigūtur qz s̄m  
Aug. habet in .iiij. sētēcia di. xlix.  
**Ad** bt̄itudinē requir̄ vt vnus q̄sqz  
 q̄cquid vult nec velit aliq̄ inordiā  
 te sed quilibet recta voluntate vult  
 cognoscere que ad ip̄hū pertinet̄ et  
 h̄mōi sunt oratiōes quas ad q̄libz  
 dirigimus ergo beati orōnes nr̄as  
 cognoscunt cognitōe reuelatōis.  
**Sexto** queritur quare in q̄bus  
 dam festiuitatibus fit additio ad  
 cōmunicantes. **Et** dicendum qz i  
 petimus diuinam p̄tectōnem. **Ideo**  
 fit additio in natali qz tunc nouus  
 homo apparuit ad nos p̄tegēdum  
 i deo clamauit angelus. **Et** in terra  
 pax hominibus bone voluntatis ac  
Luce. ij. **In** epyphania. qz dux et  
 rex tunc se manifestant in protecti  
 one c̄tra inimicos. **Item** in pascha  
 siue in resurrectione. **Nam** xp̄us tūc  
 dixit. **Data** est mihi omnis potestas  
 in celo a in terra scilicet ad resurgē  
 dum vt etiā tunc nos resurgamus.  
**Item** in ascensione quia tunc ascē  
 dit prebens iter nobis a tanq̄ ad  
 uocatus ad prēm s̄m ap̄l̄m. **Itē** in

festis penthecostes qz p spm̄sanctū  
viuificamur a habemus vitā sp̄a  
lem vñ Job Sp̄s est q̄ viuificat

**De oblatōis petitiōe finali.**

**S**equitur **H**ac igit̄ oblatōnē  
Hec ē quarta p̄ticular p̄me p  
tis In qua ponit̄ vt supra dcm̄ est  
p̄dictorū conclusio a q̄ petere p obla  
tōem hostie int̄dit finalit̄ In hac  
igit̄ p̄ticular quasi cludēdo a apre  
hendēdo sum̄arie supra dcā petitur  
primo acceptatio oblatis muneis cū  
dicit̄ hāc igit̄ oblatōem. **S**cdo po  
stulatio optati fedens cū dicit̄ dies  
qz nr̄os **T**ertio abolitio eterni carce  
ris **I**bi ab eterna damnatiōe **Q**uā  
to retributō eterni luminis **I**bi et i  
electorū tuorū. **P**rime ego petim̄  
acceptatiōnem placētē cū dicimus  
**H**ac igit̄ oblatōnē seruitutis nr̄e  
q̄sumus dñe vt placatus accipias.  
**E**t nota vt supra dcm̄ est qz lin̄ pa  
pa p̄posuit vel p̄stituit **C**ōicantes a  
**L**eo papa p̄m̄ p̄posuit **H**anc igit̄  
oblatōem q̄sum̄ dñe a h̄ d̄z rōe ex  
cellētie illī cui offertur **E**t d̄z ser  
uitutis rōe offerētis **C**irca hęc q̄  
ritur primo quāē sacerdos se vocat  
seruū dicens seruitutis nr̄e alios at̄  
vocat famulos dices. **S**ed a cūcte  
famule tue. **D**icēdū qz seruitus fuit  
int̄ducta p̄pter peccatū naz si nō  
fuisset peccatum nō fuisset seruū als  
terius h̄ bene fuisset famulat̄ a r̄ue  
rentia **N**ā filius etiā in statu inno  
centie posito qz ad am non peccasset  
reuerentiā famulatus exhibuisset

patri **E**t ideo qz se debet quilibet re  
putare peccatōre nō aut̄ alios **I**deo  
vocat se seruū alios aut̄ famulos. vñ  
etiā ad lr̄am. vñ d̄z oblatio seruitu  
tis quia hic rep̄sentat̄ effusio sang  
uinis xp̄i qui fuit nr̄m precū a nos  
ex h̄ sum̄? serui eī? empticij. **J**uxta  
illud **E**mp̄ti estis precō magno ac̄

**S**cdo q̄ritur quare dicit̄ plas  
catus nōne semp̄ dñs est placatus  
in h̄ sacrificiō **E**t dicēdū qz sic ratiōe  
sacrificij a quātū est ex p̄te sacrifi  
cij h̄ nō q̄tū ex p̄te ministrorū p̄mo  
aliqū summe offensus qm̄ fuit in pec  
cato mortali **S**equitur sc̄da p̄ticular  
**D**iesqz nr̄os In qua ponit̄ postu  
latio optati fedens **I**deo dicit̄ dies  
nr̄os idest vitā nr̄am totam i tua pa  
ce disponas **D**e qua p̄te dicit̄ ap̄ls  
**E**t pax dei q̄ exupat̄ oēm sensū **N**ā  
h̄ pax ē nō solū t̄p̄is p̄mo a p̄ctōris

**S**equitur ab eterna damnatio  
ne nos enpi. **H**ic ponitur amotio  
eterni carceris hęc est em̄ naturalis  
aditio appetitus quia malum fugit̄  
et bonū p̄sequit̄ **D**amnatio eterna  
est sum̄um malum. primo p̄pter pe  
narū diuersitatem vñ **J**ob trahibūt  
ab aquis minū ad calorē nimium  
**S**cdo p̄pter penarū crudelitātē vñ  
clamabat ille diues **L**u. xvi. **C**ru  
or in hac flāma **E**t psal. **I**gnis sul  
phur sp̄s p̄cellarū ps calicis eoz  
**T**ertio p̄pter penarū eternitātē qz  
nūq̄ finem habebunt **M**ath. xv.  
**I**te maledicti i ignem eternū **H**ęc  
tria figurātur **A**poc. v. per illa tria

ve que clamabat aquila quā vide-  
bat **Jo.** dicēs *xx. xx. ve.* habitātib?  
in terra idest pccōrib? terrenis qui  
habebūt tria *xx* et tria mala p̄dicta  
sed qz nō sufficit fugere malū p̄mo  
homo debet p̄sequi bonū **I**deo staz  
tim petimus q̄ in vita eterna sit sū-  
mum bonū **S**equitur et i electo-  
rum tuorū iubeas grege numerari.  
**V**bi nota q̄tuor q̄ sūt in illa ineffabi-  
li societate. primū est societas grōsa  
cū dicit in electoz tuoz **S**cōm est  
maiestas impiosa cū dicit **I**ubeas  
tu scz qui es impator cui? iussioni  
omnia obediūt. **T**erciū hūilitas vir-  
tuosa qz dicit grege. **Q**uartū plus-  
talitas numerosa qz dicit numerari  
per xpm dnm nrm qz omēs orōnes  
p̄ ipm exaudiūtur **E**t notat q̄ i ali-  
q̄bo diebo fit addicō ad hāc igitur  
oblationem scz in duobz sm ordi-  
nē nrm scz in resurrectiōe et p̄t̄heco-  
ste. qz h̄ petimus remuneratiōē q̄  
habet fieri p̄ resurrectiōez vñ ap̄ls  
**S**i xps resurrect et nos r̄surgem?  
ideo fit additio illa die **I**tem habz  
fieri p̄ grām sp̄s sancti p̄ quā dispo-  
nimur i bonis et in bonis grē ideo fit  
additio in p̄t̄hecostē. **E**t sm aliq̄s  
in cena dñi qz p̄ h̄ sacrificiū nobis  
remuneratiō dat vñ **Jo. i.** **Q**ui mā-  
ducat hūc panē viuet in eternum.

**D**e sacrificij cōsecratiōe sc̄da ps  
p̄ncipalis canōis.

**S**equitur quā oblatōem **H**ec  
est sc̄da ps p̄ncipalis cano-  
nis **I**n qua ponitur sacrificij cōses-

cratio et diuidit̄ in tres ptes. p̄mo  
nāqz virtus cōsecrantis petitur **S**e-  
cūdo ip̄a cōsecratiō p̄ficiat̄r ibi **Q**ui  
p̄ndie q̄ pateretur. **T**ertō rei cōse-  
crate cōmemoratiō exp̄mitur ibi vñ  
et memores **P**rima diuiditur in tres  
ptes. **N**ā in p̄ma ponitur sacrificij  
ip̄ius vel oblatōis cōmemoratiō **I**n  
sc̄da petitur ip̄i? oblatōis b̄ndictiō  
ibi **Q**uesum? benedicta? **I**n tercia  
ip̄i? sacrificij trāssubstātiacō ibi vt  
nobis **ae.** **C**irca igitur istā ptem sic  
p̄cedet nam p̄mo videbitur verborū  
rū expositiō secūdo q̄tum ad cruces  
q̄ sūt earū significatiō **T**ertio q̄re i  
q̄busdā vbis sūt cruces redditur  
rō **P**riō g<sup>o</sup> videbitur istoz verbo-  
rū expositiō q̄ ponit̄ i decretis de **se-**  
**di. ij. c. vtrū** s̄b figura. ibi em sic ha-  
betur. **B**ndictā. p̄ quā b̄ndiciamur  
**A**sscripta? p̄ quā hoies ascribūtur  
in celo. **R**ata? p̄ quā de visceribz xpi  
esse cōsciam. **R**ōnabile? p̄ quā a besti-  
ali sensu exuam. **A**ceptabile? quia  
nobis ip̄is displicem? p̄ hāc accep-  
tabiles e? vñico filio sumus **A**lio  
mō expōit̄ sm **I**nno. **B**ndictā qz  
hostia ista scilz xpus est imūnis ab  
om̄i p̄cō et labe. **A**sscriptam qz hec  
hostia in scripturis est p̄nūciata et  
figurata. **R**ata? ad d̄rām oblatōnū  
q̄ offerebātur i lege q̄ est nūc irrita  
**R**ōnabile? qz nō offert̄ in p̄cudibz  
vt hostia legis offerebat̄. **A**cepta-  
bile. **c**tra illā de q̄ **psa.** **O**btulisti ho-  
stiā nō acceptabile **V**el pōt dici q̄  
h̄ verba dicūtur ad d̄rām oblatōis

**J**ude quā fecit tradēdo xpm qz illa  
 fuit maledicta et maledicōem iudas  
 rportauit iuxta illud **E**t induit ma-  
 ledictionē sicut vestimētū. in ps̄ at  
 illa fuit p̄scripta qz fuit deletus de  
 libro vite **J**uxta illō ps̄. **D**eletur  
 de libro uiuentū. **I**tē fuit irrita qz  
 iniqua et detestabilis s̄ per opposi-  
 tū nos petimus vt tu deus digneris  
 facere hāc b̄ndictā. **I**tē **A**sscriptaz  
**I**tē **R**atam et firmā oblatōem **I**tē  
**R**ōnabilem. **I**tem **A**ceptabilem.  
**C**ū thomas alit̄ exponit in.iiii.  
 sentēciar̄ et dicit qz s̄ verba possūt  
 referre vno mō ad h̄ est res cōtenta.  
**I**n hoc sacramento idest xpm q̄ est  
 hostia b̄ndicta ab omi peccati ma-  
 cula immunis. **A**sscripta idest figura  
 ta figuris veteris testamētū et p̄desti-  
 natōe diuina p̄ordiata. **R**ata quia  
 nō trāsitōna. **R**ōnabilis p̄pter con-  
 gruitatē ad placandū irā. qz homo  
 nō poteat satisfacere q̄ debebat **I**p̄  
 fecit rōnabilit̄ qui fuit deus vt posset  
 homo vt deberet. **A**ceptabile p̄pter  
 efficaciam mirabilem. **A**lio mō pos-  
 sunt referri ad illā hostiā que est sa-  
 cramētū tm̄ quā sacerdos petit fieri  
**B**̄ndictā vt deus eā cōsecret sed vt  
 cōfirmet q̄tū ad memoriā dicit **A**s-  
 scriptā sed q̄tū ad p̄positū imo-  
 bile **R**atam s̄ vt acceptet **R**ōnabi-  
 lem q̄tū ad iudiciū rōnis **A**cepta-  
 bilem q̄tū ad b̄nplacitū volun-  
 tatis. **T**ertio s̄ verba possunt refer-  
 ri ad effectū tm̄ huius sacramenti vt  
 debent exponi vt supra habitū est et

habet in decretis. **B**̄ndictā p̄ quā  
 b̄ndictiō **A**sscriptā p̄ quā in cel̄ as-  
 scribit̄. **R**atā p̄ quā in mēbris xpi  
 censeam̄ **R**ōnabile p̄ quā a bestiali  
 sēsu exuam̄. **A**ceptabile deo sumus  
 accepti. **P**̄ter v̄idēdū qz cruces  
 significēt **E**t sciendū qz s̄ fuit quicqz  
 cruces tres cōes sunt panis et calici.  
 vñ sup̄ totū fieri debēt. q̄rta aut̄ ap-  
 priat̄ panis et q̄nta calici. p̄ma aut̄  
 fit sup̄ b̄ndictā. sc̄da sup̄ asscriptā  
 tertia sup̄ **R**atam. et hee tres cruces  
 fignt̄ tres dies q̄bo xpus p̄dicauit  
 p̄ d̄m̄caz i ramis palmar̄ v̄l fignt̄  
 tridū q̄ xps̄ iacuit i sepulchro vel  
 fignt̄ tria loca corpis in q̄bo passus  
 fuit sc̄z man̄ lat̄ et pedes. **I**n  
**n**ocen̄. fuit tres cruces qz denarius  
 triplicat̄ v̄z triginta et xps̄ fuit redi-  
 t̄. xxx. denarijs qz q̄libz vt aliqui  
 credunt valebat decē vsuales et sic  
 triginta valebat̄ tricētos. **N**ā iudas  
 fuit tristis de vngēto marie magda-  
 lene q̄ vixit pedes **I**hu et ait poteat  
 hoc vngētum vendari **T**ricētos  
 denarios ac. **E**t istos tricētos vo-  
 luit recuperare vendendo xpm. **A**lij  
 dicūt qz ipse furabatur decimum de-  
 narium. de tricētis aut̄ denarijs su-  
 mendo decimū habeb̄ triginta cogita-  
 uit **J**o quia illos non potuit furari  
 in venditione vngenti voluit recu-  
 pare eos in traditōne xpi et tūc illi  
 triginta denarij essent vsuales. **F**uit  
 ergo ibi tres cruces ad designandū  
 numerum venditionis sed post fuit  
 due vna super panem cum dicitur

ut nobis corpus **Alia** sup calicem  
 cu dicitur et sanguis fiat et hec due cruz  
 ces figunt venditorē et venditū **Vel**  
 qz xp̄us in corpe et aīa passus est.  
**¶** Pōt dici quia prime tres cruces  
 figunt tria q̄ circa h̄ fecit xp̄s nā acce  
 pit et bñdixit et dedit. sed alie due fi  
 unt ad designādū v̄ba q̄ dixit xp̄s  
 qn̄ corpus et sanguinē tradidit dis  
 ces **Hoc** est corpus meū. et hic est  
 calix. **Possunt** etiā dicere qz om̄es  
 iste cruces fiunt ad designādū quī  
 qz vulnera xp̄i **Tertio** q̄ntur q̄re  
 nō fiunt cruces sup illa duo v̄ba  
 vltima scz rōnabile et acceptabilem  
 ita bñ ficut supra tria p̄ma **Et** ad h̄  
 pōt dici qz in istis q̄nqz d̄coibz petis  
 mus quiqz nobis dari scz remissio  
 nē p̄ccōrum cū dicimus bñdictam  
 ascriptionē eternoz cū dicim̄ as  
 scriptā. **Augmētū** meritoz cū dicim̄  
 m̄ r̄atā. **Discrecōem** agendoz cū di  
 am̄ rōnabile. **Acceptatōem** actio  
 nū cū dicimus acceptabile **Deq̄**  
 tur ut nobis fiat corpus et sāguis  
 dilectissimi filij tui dñi nr̄i ih̄u xp̄i.  
**Et** h̄ pomit trāssubstātiatio i corp̄  
 xp̄i **Circa** qd̄ queitur p̄rio quare  
 dixit fiat. **Et** dicendū qz rō est q̄dr̄u  
 plex. p̄ma est ad alludendū illi v̄r  
 bo q̄ dixit maria angelo **Lu. primo**  
**Fiat** mibi s̄m v̄rbū tuū. **Secūda**  
 rō est melior ad alludendū v̄rbo cre  
 atōis ad designādū qz eadē potētia  
 req̄nt̄ i trāssubstātiatōe ficut in re  
 nū creatōe de q̄ habetur **gen̄. i. Fiat**  
 lux fiat lūiana rē. **Et** seq̄tur et fcm̄

est ita. **Tercia** rō ad designādū qz  
 sacerdos nō est nisi minister solum  
 huius sacramēti scz ineffabilis suce  
 sionis **Ideo** nō in p̄sona p̄pria loq̄  
 tur dicēdo facio sed in p̄sona xp̄i lo  
 quēs dicit fiat **Quarta** rō est quia  
 h̄ trāssubstātiatio oportet qz fiat p̄  
 v̄rbūm transitivū significativū.  
**Ideo** nō dicitur qz panis fit corp̄  
 xp̄i nec h̄mōi s̄ bñ panis fit corp̄  
 xp̄i ideo dicit fiat. **¶** **Secūdo** querit̄  
 quare dicit dilectissimi dicēdū qz me  
 rito dicit quia p̄ excellētiam sibi so  
 li cōuenit et ratione diuinitatis et rō  
 ne humanitatis que deo placuit tm̄  
 qz de om̄ibz offensis p̄teritis. p̄nti  
 bus et futuris. ip̄ius mūdi patrem  
 placavit et etiā pro mille talibz mū  
 dis si essent **Anselmus. ij. Cur** deus  
 homo rē. **Quare** aut̄ dixit ih̄u xp̄i et  
 quomodo hec noīa cōpetunt sibi di  
 ctum est supra. **¶** **Tertio** queritur  
 q̄re hic debent fieri due cruces vna  
 cū dicitur corpus et hec super panē  
 alia cum dicitur sanguis. et hec fit  
 super calicem et significat qz hoc sas  
 cramētū valz ad salutē aīe et corp̄is  
**¶** **De consecratiōis p̄fectione**  
**¶** **Seq̄tur** q̄ p̄die rē. h̄ ē sc̄da ps  
 sc̄de p̄tis p̄ncipal̄ canōis in q̄  
 pomit cōsecratiōis p̄fectio et diuitur in  
 duas p̄tes. nā p̄rio pomit solēmitas  
 quā adhibuit cū dicit et eleuatis ocul̄  
**¶** **Secūdo** pomit fōr cōsecratiōis corp̄is  
 quā instituit ih̄u. **Hoc** ē corp̄ meū  
**¶** **Tertio** pomit forma cōsecratiōis san  
 guinis quā dixit ih̄u **¶** **Similimodo**

Quarto vba institutiois q̄bo discipulos  
 sacerdotes instituit ibi **H**ec q̄d̄es cū  
 q̄z **A**dhuc p̄ma in duas ptes p̄mo  
 ponūt verba q̄ se tenent ex pte t̄p̄is  
**S**ec̄do q̄ se tenēt ex pte solēnitatis  
 ibi eleuatis oculis **C**irca h̄ nota  
 p̄mo q̄ h̄ verba sūt mire efficacie et  
 virtutis vñ d̄r **Jo. vi.** Verba que  
 ego loquor vobis sp̄s et vita sunt  
 ex istis verbis multi abierūt retroz  
 sū p̄pter q̄d̄ fuit p̄ma heresis vt has  
 bet **de iose. di. ij.** Cū om̄e crumē Qñ  
 em̄ audierūt discipuli **C**aro mea ve  
 re est c̄bo et sanguis meus vere est  
 potus multi abierūt retroz sū corpa  
 liter hoc intelligētes h̄ dñs conuer  
 s̄ ad discipulos dixit **N**ūq̄ et vos  
 vultis abire **R**ndit petrus. Dñe ad  
 quē ibim? verba vite eterne habes  
 et̄. **N**ā certe sicut h̄ vba vite eter  
 ne. vñ p̄mittūtur q̄d̄ā p̄ modū pre  
 ābuli **E**t p̄sequitur vba in q̄bo cō  
 sistit virt? facti **S**ec̄do nō q̄ tot? ca  
 non et sp̄alit a cōicātes vsq̄ ad ver  
 ba cōsecr̄tiois totū est c̄nexū **J**o ibi  
 ponit̄ iudicio **N**ec nō et q̄ q̄d̄ ē relas  
 tuū vt referat̄ ad p̄cedētes et on̄da  
 tur q̄ vba illa p̄bata sūt a xp̄o **Q**ui  
 p̄die idest i die cene p̄cedēti die añ  
 passionē **N**ā in lege eor̄ luna dec  
 ma portabat̄ agn̄ pascāl̄ et serua  
 bat̄ vsq̄ ad lunā. xiiij. vsq̄ ad ves  
 perā **E**t tūc comedebāt agnū pasca  
 lē. **I**ta fuit factū p̄ filie de filio dei q̄  
 in die iannis palmar̄ intrauit ciuit  
 tatem et tūc luna erat decima **E**t tūc  
 sūm̄i sacerdotes et scribe tractare ce

perūt de eius morte et etiaz modum  
 quomō eū interficerēt **I**n die autē  
 cene misit duos discipulos vt para  
 rēt pascha eis et tūc luna erat. xiiij.  
 et tunc fecit cenam cū eis et comedit  
 et i crastinū pasceus erat dies pa  
 sche et solēmitas incipiebat in ves  
 peris sc̄z qñ comedebant agnum pa  
 schalem **J**o dicit. **Q**ui pridie q̄ p  
 nostra om̄i salute pateret̄ idest ante  
 diem passionis **D**e q̄tur accepit  
 panem. **E**t nota circa hoc aliqua p̄  
 mo de pane quis et qualis debeat eē  
 et hoc visum ē supra diffuse **L**e  
 cūdo notandum q̄tūm ad figuram  
 q̄ debet esse hostia figure rotūde ad  
 modū denarij. triplia ratōe. primo  
 qz p̄ denarijs fuit v̄ditus **S**ec̄do  
 qz p̄ h̄ desiguat̄ eterne retributiois  
 meritum **E**t p̄m̄ium q̄d̄ in euange  
 lio denario cōpatur **M**ath. xx. **C**ō  
 uentōe aut̄ facta cum oparijs ex de  
 nario diurno **T**ertio ad ostendēdū  
 q̄ ille qui cōsecrat non habet prin  
 cipium neq̄ finem cū sit deus. sicut  
 videmus q̄ in figura spherica nō est  
 principium neq̄ finis. **T**ertō notā  
 dum q̄tūm ad ritum q̄ sacerdos di  
 cens **Q**ui pridie q̄ pateretur debz  
 digitos super mappam altaris ter  
 gere sc̄licet illos quatuor cum qui  
 bus accipitur panis qui sūt pollex  
 vtriusq̄ manus et index ut dignius  
 et mundius hoc sacramentum tan  
 gat q̄ nil dignius vt habet̄ **de iose.  
 di. ij.** **N**ibū. **Q**uo facto incipit pro  
 ferre hęc verba accepit panem **J**p̄

sacerdos hostiā accipit reuerēter .p  
 mo man? suas iūgendo p modum  
 adoratiōis **P?** seqtur **In** factas ac  
 venerabiles man? suas. **Nec** mir? si  
 manus eius scē dicuntur a q̄ ois san  
 ctificatio dimuat vñ dī: **Eze . xxxix .**  
**Ego** dñs qui scifico vos. **Et**ā vene  
 rabiles nā man? eius oia ediderūt  
 vñ dī: **Job . x .** Man? tue dñe fecerūt  
 me. **Ideo** h̄ bñficiū scē a venerabili  
 ter debet ptractari qd̄ vt fiat decēd?  
 man? sacerdotū cōsecratur a bñdiciū  
 tur **Et** ideo ve illis sacerdotibus qui  
 man? cōsecratis a bñdicitas a dedica  
 tatas ad tantū misterū pagendus  
 ad cultos illicitos a imbonestos ex  
 tendūt de quibus bernardus ita di  
 cit **In** mltis mlt̄ aplice r̄gnat for  
 nicatio qui puritatis actori impus  
 ro corde mistrantes nō verentur sta  
 re an̄ angelū dñi q̄ secet eos medio  
 et dispdat h̄ oīno audent agni ima  
 culati sacras cōtingere carnes a tin  
 gere sāguinē saluatoris man? suas  
 nepharias a malignas q̄bo paulo  
 ante meretrices attractauerūt sic et  
 altaria etiā circuire a ps̄ . decantare  
 cū tamē h̄mōi laus fit execrabilis a  
 oratio fiat i peccatis hec ille. **Cir**  
 ca p̄dicta ad maiore a clariore eui  
 detiam videbunt multa circa p̄dicā  
 verba **Et** p̄mo circa h̄ qd̄ dicit **Pri**  
 die idest die cene q̄runf . p̄mo circa  
 tēpus **Quare** xp̄s in die cene h̄ sac  
 mentū instituit **Et** videt q̄ nō tunc  
 h̄ p̄ passionē instituere debuisset p  
 bato qz h̄ sacramentū est a fit i me

moriā passiois xp̄i sed memoria est  
 ē p̄teritorū ḡ p̄ passionē institui  
 debuisset **Item** h̄ sacramentū nō da  
 tur nec debet dari nisi baptisatis . h̄  
 baptisatū institutus fuit post passio  
 nē ḡ a hoc sacramentum tūc debuit  
 instituisse **In** oppositū arguit a p  
 bo q̄ debuit institui an̄ in principio  
 p̄dicatiōis qz q̄ primo capiūtur ar  
 cius memorie impmūtur sicut p̄tz  
 de h̄is que in pueritia homo capit  
 sed xp̄us voluit q̄ artissime h̄ sacra  
 mentū memorie cōmendaret ḡ a c̄.  
**Dicēdum** hac die institui debuit et  
 nō ante p̄pter quatuor rōnes. **Pri**  
 mo ratiōe hui? sacramenti assigna  
 tionis **Nam** necessitas que assigna  
 tur quare h̄ sacramentum oportue  
 rit institui est . qz ad perfectionem  
 nostram exigebatur vt caput n̄m  
 nob̄ realiter cōiungeretur sed toto  
 tempore p̄cedēte xp̄us sub p̄pria  
 specie cū hominibus cōuersatus est  
 ergo nō oportuit ante hoc sacramē  
 tum institui sed tunc vt dicit **Euse**  
**bius** quāto corpus assumptum ob  
 laturus erat **Secundo** ratiōe lega  
 tiōis figuratiōis . **Nam** xp̄us q̄  
 diu fuit in mundo cōuersatus figu  
 ras legis seruare voluit . factus sub  
 lege vt eos qui sub lege erant redi  
 meret p̄m aplm **Secund**o veniente ver  
 itate cessat figura a vmbra . ego re  
 cedente xp̄o per mortem quāto figu  
 re legis terminante erant debuit in  
 stitui . **Tertio** rōe rēp̄sentatiōis **Nā**  
 hoc sacramentum est rēp̄sentatiuū  
 liij.

Nota sua huius



**C**  
dñice passiōis ergo congruū erat imi-  
nente iam passione institui. Quar-  
to rōe forciōris imp̄ssionis qz que  
ultimo fuit magis memoie imp̄mū-  
tur g° vltio p̄ cenā institui debuit  
a xp̄o recessuro q̄ h̄ rō tāgitur de con-  
se. di. ij. c. **L**iq̄do vbi dicit q̄ in memo-  
ria q̄ in exp̄ssioe passiōis xp̄i ē insti-  
tutū **A**d argumēta g° **A**d p̄mū di-  
cendū q̄ imminēte passiōe xp̄i corda  
discipulorū magis erant affecta ad  
passiōez q̄ passiōe iā p̄acta q̄n erāt  
immemores p̄ssure passiōis p̄pter  
gaudiū resurrectiōis iō memoriale  
passiōis magis erat eis p̄ponendū  
an̄ q̄ p̄? **I**deo tunc erat memoriale  
sed instituebat̄ in memoria ī poste-  
rū celebrādū. **A**d secūdū dico q̄ nō  
est necessariū eūdē eē ordinē institu-  
cōis sacramētōz q̄ p̄ceptōis sed vt  
ad finē que nobis p̄scit vltio p̄ues-  
nim? iō eucaristia est quodāmo f̄is-  
nis baqtisimū qz p̄ baqtisimū aliq̄s  
cōsecrat̄ q̄ disponit̄ ad eucaristie p̄-  
ceptōem sicut p̄ ordinē ad ei? cōse-  
cratōez. **A**d aliud in oppositū dice-  
dū q̄ illa rō p̄cedit de illis q̄ a prin-  
cipio q̄s capere p̄t apli aut̄ nō fue-  
rūt tāta misterij capaces. iō in fine  
h̄ eis p̄ponendū fuit **I**te rō de illis  
p̄cedit q̄ memoie ip̄rimunt̄ p̄pter  
seip̄am sed de illis q̄ memoie ip̄ris-  
munt̄ p̄pter ip̄am affectiōem ad di-  
centē secus ē vñ verba amicorū a no-  
bis recedēdū in fine nobis deā ma-  
gis memoie ip̄rimunt̄ p̄pter qd̄ rō  
nō valet **S**ecūdo q̄ritur q̄tū ad

**D**  
cōicatioem vtrū xp̄us in cenā debet̄  
se sibi q̄ ip̄e māducauerit q̄ videt̄ q̄  
nō qz qd̄ māducatur in cibū sumit̄  
tur sed assumēs nō est assumptum  
ēgo q̄c. **I**n oppositū habet̄ de cōse.  
di. ij. **N**ec moyses vbi dicitur dñs  
ih̄s cū aplis cuiusā q̄ cōmuniū ip̄e q̄  
comedit q̄ q̄ comedit̄ **R**esponso di-  
cēdum q̄ de hoc est duplex opinio  
dicunt quidē q̄ non manducauit  
xp̄us corpus suum in cenā sed tan-  
tum manibus accepit. sed expresse  
**R**uth tertio in glosa sup̄ illud **C**ū  
qz comedisset bibisset q̄c. quia xp̄s  
comedit q̄ bibit in cenā q̄ ip̄e parti-  
cipauit eis **I**deo om̄ino tenetur cōi?  
q̄ ip̄e corpus suum manducauit.  
**V**nde q̄ āt̄iqui verus facti sūt. **R**ex  
sedet in cenā turba cincta? **D**uodenar̄  
**P**ed tenet in manibus se abat ip̄e  
se abus. **S**ed nota q̄ ip̄e nō comes-  
dit vt ip̄e aliquem effectum conse-  
queretur a sacramento sed ut exem-  
plum manducandi alijs daret **A**d  
argumentum ergo dicēdum q̄ idē  
nō potest esse assumēs q̄ assumptū  
sub specie p̄pria sed sub specie alie-  
na p̄mmo bene. xp̄us em̄ sub specie  
p̄pria distat quodāmodo a semet  
ip̄so sub specie sacramenti **V**nde in  
specie p̄pria est in celo sed sub spe-  
cie sacramenti est in altari. et sic nō  
est incōueniens q̄ semetip̄sum assu-  
mat **T**ertio queritur vtrū xp̄us  
tradidit corpus suum in cenā domi-  
ni. videtur q̄ nō quia ip̄e mandat  
sac̄tū nō dare cambus **M**ath. viij.

sed ipse debuit implere quod mandat  
ergo iude non dedit corpus suum. In op-  
posito arguitur quod sine exceptioe dicitur  
Math. xxvi. Accipite omnes et  
comedite sed iudas erat presens et de  
numero 9o dedit iude. Ratio dicens  
dum secundum Augustinum. Corpus suum iude dedit  
cum alijs propter duas rationes. primo ut  
exemplum nobis daret quod peccatoribus oculis  
non sunt sacramenta deneganda. Se-  
cundo ut omnem occasionem malefaciendi  
sibi auferret. ipse enim iudas occasionem  
malefaciendi habuisset quod dicitur hinc  
alios fuisse percutus. **V**ilarius tamen  
non tenet videtur sed primum nunc con-  
tinetur. Ad argumentum ergo dicendum  
quod licet iudas tunc carnis fuisset tamen erat  
occultus. ideo noluit Christus eum detegere co-  
ra alijs ne in desperationem veniret et  
sic liberus peccaret. **Q**uarto quod  
vtrum sub buccella Christus iude dedit in  
cena videtur quod non fecit quod iohannes. xiiij.  
dicit quod per buccellam intravit ipsum sa-  
thanas ergo accipiendo buccellam pec-  
cauit. In oppositum per glossam que **J**oh.  
xiiij. super illud cui intinctum panem por-  
rexero etc. Ratio Christus iude corpus suum  
dedit primo cum alijs discipulis sed po-  
stea buccella ei porrecta intincta in  
ostentationem perditionis eius purus pa-  
nis fuit sic habetur ex glossa iam indu-  
cta **J**oh. xiiij. Et hoc dicit sanctus thomas in  
iii. suo. Ad argumentum ergo dicen-  
dum quod iam sathanas in ipsum intraverat  
sed dicitur tunc intrasse quod peccatum suum  
tunc magis fuit augmentatum propter  
sumptionem quod cum magistro manu mitte-

bat in catino ut audacia vanam con-  
scientiam viceret metiret ut dicit **M**ath.  
xiiij. super illo Qui intingit mecum ma-  
nu etc. Et ratioe huius augmenti pec-  
cati in eo dicitur sathanas intrasse.  
**Q**uequitur Et eleuatis oculis in  
celum ad te deum patrem suum omnipoten-  
tem ubi tangitur solemnitas consecratio-  
nis. **L**euauit enim oculos Christus triplici  
ratione. Primo ratione recognitionis. Nam per hoc  
insinuauit omnia habere a patre et nihil habere  
nisi a patre vnde dicit. Omnia mihi tradita  
sunt a patre meo. Secundo ratione eruditionis  
ut nos erudiret quod in principio ope-  
rum nostrorum debemus dirigere mentis o-  
culos ad deum tanquam ad actorem bono-  
rum operum patris. **O**culi mei semper ad  
dominum etc. Tercio ratione mire operationis.  
Nam legitur in lazari suscitatioe o-  
culos ad patrem leuasse. **J**o. xi. Cum ego  
hoc opus sit maius ergo multo me-  
lius debuit hic oculos ad patrem ele-  
uare. **C**irca hoc quod dicitur Et eleua-  
tis oculis cum nullus euangelistarum  
hoc posuit quare hic ponitur. **R**espon-  
detur ab Innocentio quod ab apostolo  
multa sunt tradita et ordinata sicut  
illud pauli quod apparuit plus quam quin-  
gentis fratribus non ponitur ab eu-  
gelistis. **P**ropter quod notandum ad  
evidentiam multorum que hoc addunt  
quod euangelistarum precipua cura fuit  
euangelicam describere hystoriam ma-  
gis quam formas tradere sacramentorum  
quas apostoli (sicut a domino acceperunt)  
promulgauerunt et sancte ecclesie tra-  
diderunt. **A**ntequam euangelia essent  
liij

scripta p̄ annos aliq̄s facta erāt sā  
 cramentorū institutio a xp̄o et ip̄a sa-  
 cramenta iam fuerāt p̄ ap̄los p̄mul-  
 gata. q̄z **Matheus** ap̄ls et euāgeli-  
 sta prius scripsit euāgeliū in iudea  
 anno d̄m̄ice incarnatois. xl. a passio-  
 ne. v. vj. vel. viij. **Cōstat** aut̄ ex acti-  
 bus ap̄loz q̄ an̄ erat sacramentoz  
 frequēs vsus in eccl̄a p̄mitiua. **Jō**  
 in canone misse q̄ eccl̄a vtit̄ p̄ ḡna-  
 li forma verborū quā xp̄s expressit  
 quedā adiecta sūt que null̄ euāge-  
 listaz legit̄ exp̄ssisse sicut ē illud et̄  
 mi testamētū misterū fidei. **Item** ip̄i  
 euāgeliste se mutuo suppleuisse les-  
 gūtur q̄ ab aliq̄ illorū vel aliq̄bus  
 sunt om̄issa sicut pt̄z cū tres euāge-  
 liste posuerūt **Hoc est corpus meū**  
**Lucas** adiecit q̄d p̄ vobis tradetur  
**Et cū Math̄. et Marc̄** dicāt p̄ mul-  
 tis **Lucas** dicat̄ p̄ vobis **Math̄.** aut̄  
 in remissionez peccōrum adiecit **Ea**  
 igit̄ que apponūtur possunt ex alijs  
 locis euāgelij app̄bari. **Ex** h̄ pt̄z re-  
 spōho ad multa q̄ obia p̄nt et de h̄  
 habes vt dicat̄ **Innoc̄. iij. ti. de cele-**  
**mis. c. Cū marthe.** **Sequit̄** tibi  
 gr̄as agens **A** q̄ est om̄e datū opti-  
 mū et om̄e donū perfectū vt **Jaco-**  
**bus** dicat̄ **Sequitur** b̄ndixit scilicet  
 bened̄cōe celesti et virtute v̄bi qua  
 auertitur panis in corp̄ xp̄i **Et** nō  
 q̄ hic debet fieri crux sup̄ panem cū  
 dicat̄ b̄ndixit. sic q̄ manu sinistra te-  
 neatur panis et dextra signet̄ **Et** no-  
 ta q̄ sicut debet hic facere crucē sup̄  
 corpus dicēdo benedixit **Ita** aliam

sup̄ sanguinē et fiḡt q̄ h̄c d̄lle b̄n-  
 dictiones valent ad salutē anime et  
 corporis **Sequitur** ac fregit scilicet  
 panem ita q̄ hostia cōsecrata est in  
 qualibet parte sicut ī tota vt decla-  
 ratum fuit supra in principio huius  
 tractatus **Qua** fractione facta seq̄-  
 tur **Dedit**q̄z discipulis suis dicens  
**Accipite** et manducate. **Et** nota per  
 h̄ q̄ dicat̄ **Accipite** et comedite fiḡt  
 duplicem modū sumēdi scilicet sacri-  
 mentalem et sp̄ualem **In** sacramen-  
 tali accipimus corpus xp̄i **In** sp̄ua-  
 li aut̄ incorporamur corpori mistico  
 quod est ecclesia **Primus** aut̄ mo-  
 dus sumēdi scilicet sacramentalis  
 potest esse bonoz et malorum **Sed**  
 secundus modus scilicet sp̄ualis nō  
 est nisi bonorum. **Et** primus sine se-  
 cundo nihil valet nec proficit quia  
 s̄m̄ apostolum primo ad **Clor. xj.**  
**Qui** manducat indigne iudicium  
 sibi māducat et bibit **Et** sanct̄ tho-  
 mas in prosa corporis xp̄i dicat̄ sic  
**Sumūt** boni sumunt mali sorte ta-  
 mē inequali vite vel interitus **Mo-**  
**dus** ergo sacramentalis sumēdi sig-  
 nificatur per hoc q̄ dicat̄ur accipi-  
 te. **Modus** autem sp̄ualis per hoc  
 q̄ dicat̄ur manducate. **Circa** hoc  
 q̄ dicat̄ **Benedixit** ac fregit vtrum  
 bene dicat̄ur et videtur q̄ non quia  
 virtute verborum istoz scilicet **Hoc**  
 est corpus meum. fit cōuersio ergo  
 xp̄us primo fregit q̄ cōfecerit. sed  
 ecclesia primo cōficiat et postea fran-  
 git ergo videt̄ q̄ male faciat **Item**

xps qm̄ tr̄didit aplis corp̄iā cōfec̄  
 rat h̄ p̄mo tradidit et dixit **A**c̄cipite  
 et māducate et p̄ sēq̄tur h̄m euāge  
 listas **H**oc est corpus meum ergo  
 videt̄ q̄ verba male ordinantur vel  
 xps per alia verba cōfec̄erit **D**icēdū  
 q̄ de h̄ est alia opinio dicūt em̄ ali  
 qui q̄ quia xps habet potestatem  
 excellentie in sacramētis absq̄ om̄  
 ni forma cōfec̄it et post verba pro  
 tulit alijs formam dando deinde cō  
 secrandi et hanc opinionem tangit  
**I**nnocētiū sed h̄ nō videtur suemēs  
 q̄ in textu euangelij dicitur. **B**ene  
 dixit q̄ sine aliquibus verbis non  
 est factum **A**lij dicunt q̄ cōfec̄it nō  
 sub h̄is verbis sed s̄b alijs nobis  
 ignotis sed hoc est falsum quia sa  
 cerdos in h̄is verbis conficiens nō  
 p̄ferret ea tūc prolata a xpo. **V**n̄ si  
 tūc non fiebat cōuersio per ista nec  
 mō fieret **I**deo alij dicunt q̄ cōfec̄it  
 sub eis verbis sed ea bis p̄tulit  
 p̄mo tacite cū b̄ndixit. sc̄do apte cū  
 distribuit vt formam cōsecrādi da  
 ret sed hoc etiam nō videtur cōueni  
 ens quia nō proferuntur a sac̄do  
 te cōsecrāte in p̄sona xpi ut in ocul  
 to p̄lata nō em̄ dicit b̄ndixit dicens  
**H**oc est corpus meū sed dedit di  
 cēs **A**c̄cipite et māducate et̄. **E**t iō  
 alij melius dicunt q̄ xpus ea tm̄ se  
 mel p̄tulit et eis semel prolatis cōse  
 crauit et formam cōsecrādi dedit h̄  
 em̄ participiū dicens nō importat cō  
 comitantia solum ad h̄ verbū dedit  
 sed ad hoc cū alijs predictis vt sen

sus sit dūm benedixit et fregit et des  
 dit discipulis: hęc verba p̄tulit **A**c  
 cipite et̄. **V**el h̄m quosdā **E**uāgelis  
 sta nō seruat ordinem verborū que  
 a dño sunt prolata **O**rdo em̄ fuit ta  
 lis **A**ccepit panes et benedixit dicens  
**A**c̄cipite et̄ sed primum melius di  
 citur **E**t per hoc patet responsio ad  
 argumenta et̄.

**De fōr̄ cōsecrōis corp̄is xpi**

**H**oc est corp̄ meū. h̄ est sc̄da  
 p̄tula in q̄ posita solemmitas  
 te quā adhibuit panis fōr̄ quā isti  
 tuit **E**t p̄rio nō q̄ h̄ q̄ dicit nō est  
 de fōr̄. nec̄io ei nō panis in euāgelio  
 nec ē de forma tāq̄ necessariū. p̄mo  
 sine ip̄o fieret cōsecrātō h̄ peccaret q̄  
 sciēter dimitteret q̄ xps credit ip̄z  
 posuisse. **I**terū ita iuenit in missali  
 b̄ti petri romē et eccl̄a sic instituit q̄  
 debet dici. q̄re aut̄ nō panis dicēdū  
 q̄ p̄pter cōtinuatōem ad p̄cedentia  
**I**n quibus v̄bis cōsistit tota forma.  
**S**c̄do nō q̄ in h̄is solis v̄bis hoc  
 est corp̄ meū cōsistit tota fōr̄ et tota  
 v̄tus cōsecrōis. posito q̄ nihil aliud  
 dicetur dū tm̄ est materia debita et i  
 tēto faciendi id q̄ eccl̄a facit **V**n̄.  
verborū fōr̄ v̄mo cū mixta sit aqua.  
Panis triticus in tēto p̄sbyteratus.  
Solum cōficiunt ornatū cetera fig  
nāt. Tercio nota q̄ post q̄ sacerdos  
 corpus xpi tegit et deposuerit ex tūc  
 debz digitos suos sc̄z indicē et polli  
 cē v̄triusq̄ manus tenere diunctos  
 ne de cetero aliquid tāgat aliud do  
 nec cōmunicauerit et lauent digitos

**C**irca h<sup>o</sup> q<sup>o</sup> d<sup>r</sup> hoc est corp<sup>o</sup> meū  
 multa q<sup>o</sup>run<sup>t</sup> p<sup>r</sup>io q<sup>o</sup>re nō dixit caro  
 ita bñ sicut corpus qz **Jo. vi.** dixit  
**C**aro mea est cū g<sup>o</sup> a h<sup>o</sup> debuit di  
 cē p<sup>r</sup>apue qz caro magis sonat ali  
 qd ad nutrimentū ptinēs **H**z dice  
 dū q<sup>o</sup> duplex ē rō quae nō dixit car  
 ro mea vna natural<sup>r</sup> a realis qz cor  
 p<sup>o</sup> plus dicit q<sup>o</sup> caro s<sup>m</sup> vsū loque  
 di qz corp<sup>o</sup> ipostat carnē neruos et  
 ossa ex q<sup>o</sup>bus omib<sup>o</sup> constat v<sup>o</sup>z x<sup>p</sup>i cor  
 pus **C**aro aut nō **E**t qz h<sup>o</sup> accipitur  
 corpus x<sup>p</sup>i ill<sup>o</sup> qd traxit de virgine  
 qd est passum a crucifixum. ideo de  
 buit dicere corp<sup>o</sup>. **A**lia rō est misti  
 ca ad designādū q<sup>o</sup> incorpam p hoc  
 sacrificiū corpi mistico vt hētur eo.  
 ti. c. **C**ū martlx **E**t nō hic q<sup>o</sup> in h<sup>o</sup> sa  
 crificiō aliq<sup>o</sup> ē sacmētū tm. aliq<sup>o</sup> est  
 res tm. aliq<sup>o</sup> res a sacmētū fit **S**a  
 cramentum tm est spēs panis a vini  
 qz ideo dicunt<sup>r</sup> sacramētū qz aliud  
 h<sup>o</sup>nt h<sup>o</sup> nō simpliciter res qz p aliud  
 significatur **H**z sacramētū a res sa  
 cramenti ē corpus x<sup>p</sup>i verū qd ē res  
 qz est aliq<sup>o</sup> sacrū significatū sed di  
 cit<sup>r</sup> sacmētū qz h<sup>o</sup>nt v<sup>o</sup>monē fidelīū  
 Res aut a nō sacramētū est v<sup>o</sup>ntas  
 fidelīū in x<sup>p</sup>o capite suo **S**ecūdo q<sup>o</sup>  
 rit<sup>r</sup> v<sup>o</sup>z corpus x<sup>p</sup>i sit in sacramēto  
 realiter **D**icēdū s<sup>m</sup> aug<sup>o</sup> . li. lxxxij.  
 . q. q<sup>o</sup> circūstancia scripture exponit  
 scripturā an dicta in ea debeant ac  
 cipi p<sup>r</sup>ie vel figuratiue verbi grā.  
**Jo. iii.** dixit x<sup>p</sup>s **E**go sum vitis v<sup>o</sup>z  
 ra. **S**i volumus intelligere si dixit  
 p<sup>r</sup>ie vel figuratiue videatur quod

seq<sup>o</sup>tur a v<sup>o</sup>z palmites. **S**ic ergo  
 x<sup>p</sup>us fuit vitis sicut apli palmites  
**C**onstat aut q<sup>o</sup> palmites nō fuerūt  
 p<sup>r</sup>ie ergo figuratiue a ita x<sup>p</sup>us vi  
 tis **A**d p<sup>r</sup>ositum x<sup>p</sup>us dixit **H**oc  
 est corpus meum **V**ideam<sup>o</sup> qd seq<sup>o</sup>  
 tur **Math. xxvi.** quod p vobis tra  
 detur **C**onstat aut q<sup>o</sup> corp<sup>o</sup> qd tra  
 ditum fuit p nobis fuit verū corp<sup>o</sup>  
 x<sup>p</sup>i natum de virgine ergo ill<sup>o</sup> ver  
 bum dictum est s<sup>m</sup> p<sup>r</sup>iam signifi  
 cationem nō s<sup>m</sup> methaphoram vel  
 figuratiuam locutiōem **T**ertio q<sup>o</sup>  
 ritur quid significat istud p<sup>r</sup>onome  
 hoc qz aut demonstrat panem. aut  
 corpus x<sup>p</sup>i. **S**i demonstrat panem  
 falsum est dicere q<sup>o</sup> panis sit corp<sup>o</sup>  
 x<sup>p</sup>i. **S**i dicas q<sup>o</sup> demonstrat corpus  
 x<sup>p</sup>i etiam falsum est quia nō dū est  
 ibi **A**d hoc respondet glosa de cōse.  
 di. ij. **E**t dicit q<sup>o</sup> illud p<sup>r</sup>onomen h<sup>o</sup>  
 materialiter ponitur a nihil signifi  
 cat quousqz totum est pronuntia  
 tum sed hoc nō valet quia sunt ver  
 ba significatiua a operatiua. **I**tem  
 idem possit peti quando ipse dixit in  
 consecrando quid ostēdebat. **S**i di  
 cas panem: falsum est quia panis  
 nō est corpus x<sup>p</sup>i **D**icendum ē ergo  
 breuiter sicut dicit s<sup>m</sup>ctus **Thomas**  
 in quarto i octauo articulo q<sup>o</sup> ill<sup>o</sup>  
 p<sup>r</sup>onomen scilicet hoc est ostensiuū  
 rei cōmūis v<sup>o</sup>triqz termino scilicet a  
 quo a ad quem **C**ommune autē in  
 hac trāssubstāciatōe sunt accidēcia  
**I**n alteratōne subiectū a in genera  
 cōne materia. hoc aut nō demōstrat

determinate terminū ad quē est sig-  
nificacō trāssusbatōis determinate  
qz tūc significatō locutōis p̄suppo-  
neret entitatem rei significatē et nō  
ēēt causa ei? cū h̄ verba nō solū sint  
rep̄ntatiua p̄mo causatiua et p̄ cōis  
p̄cedūt saltē natura effectū. nec ite-  
rū demōstrat t̄minū a q̄ determinate  
qz ei? significacō impediret veritatez  
significacōis toti? locutōis. Relin-  
q̄tur 3<sup>o</sup> q̄ demōstret h̄ q̄ ē cōe vtri-  
qz termino Et p̄ h̄ ptz r̄nsio siue solu-  
tio ad obiectū **Quarto** q̄nt vtz  
sacerdos dicat verū dicēdo h̄ est cor-  
pus meū. Dicēdū q̄ p̄mo qz nō di-  
c̄t nisi in p̄sona xp̄i et nō in p̄sona  
p̄pria qz tūc falsū ēēt sed loq̄tur re-  
citāto verba xp̄i q̄ h̄ac efficacā ha-  
bēt cū p̄ferunt a sacerdote cū inten-  
tōe debita vt sup̄ dictū est **Quinto**  
q̄ntur vtz h̄ fōi sit bona et aueniēs  
videt q̄ nō qz in forma alioz sac̄-  
mētōz ponit aliq̄ ptinēs ad mini-  
strū sicut in baptismo dicit Ego te  
baptizo sed in hac forma nō ponit  
ministri forma ergo q̄c. Dicēdū q̄  
in alijs sacramētis minister duplici-  
ter opatur vno mō verba p̄nūciās  
alio mō actū aliq̄ exteriorē exers-  
ceus vt in baptismo apparet. Ideo  
oportet q̄ in illis verbis verba pla-  
ta significant actū exercitātū Sed  
in aliq̄ alio sacramētō minister nō  
opatur nisi verba p̄nūciās. Ideo  
oportet q̄ verborū significacō imedi-  
ate ad h̄ qd̄ efficit referatur et qz in  
h̄ sacramētō ei? p̄fectio in ip̄a ma-

terre cōsecratiōe cōsistit vbi minister  
nullū actū h̄z nisi p̄nūciatōez v̄borū  
**Iō** h̄ ē cōueniēs fōi h̄z sac̄mētū sc̄z  
**Hoc** est em̄ corp̄ meum. Et sic ptz  
ad argumētū q̄ in fōi q̄ est de essen-  
cia h̄z sac̄mētū act? ministri poni  
nō debuit cū nullum actum habeat  
in consecratione in qua cōsistit essen-  
cia huius sacramenti.

**Hic** agitur de consecratiōe sang-  
uinis et primo de preambulis.

**S**imili modo q̄c. Hec est ter-  
cia particula in qua ponit fōi  
ma cōsecratiōis sanguinis et diui-  
ditur in duas ptes nam primo po-  
nūtur quedam preambula. secūdo  
ipsa forma ibi hic est em̄ calix noui  
et veteris testamenti adhuc prima  
in tres quomā primo ponūtur pre-  
ambula ex pte tēporis cū dicit **Si-**  
**mili mō**. sc̄do ex parte modi et ob-  
seruationis ibi **Itē** tibi gr̄cias agēs  
**Tertio** ex parte traditionis. Ibi et  
bedit discipulis suis **Dicit** ergo pri-  
mo sic **Simili** modo post q̄ cenatū  
est. ad designandū huius sacramen-  
ti integritatis vnitatem **Nam** sicut  
ad cibationem corporalem nō suffi-  
c̄t cibus solidus sine liq̄do ita vult  
q̄ sit in cibatione sp̄uali **Et** hec est  
ratio vna quare datur sub vtraqz  
specie **Sequitur** post q̄ cenatū  
est **Hic** ponitur aliquid ex parte tē-  
poris quia post cenaz agm̄ pascha-  
lis factum fuit **Et** causam hui? red-  
dit **Innocen.** dicēs q̄ in lege veteri

omnia sacrificia erant eis in figura  
 et si ibi erit aliquod bonum totum erat ex p  
 te operantis non rei operante habebant  
 enim ex precepto ut patet **Exo. v.** ut in  
 memoriam transitus filiorum israel cele  
 brarent pascha id est pascha. Et iste  
 agnus quem tunc comederant figurabat  
 agnum illum de quo dicit **Jo. i.** Ecce agnus  
 dei. et ideo adueniente veritate cessare  
 debuit figura propter quod ut daret ter  
 minum legi antiquae comedit ad vespere  
 ram et statim introduxit sacrificium verum  
 nec propter hoc quis debet arguere quod  
 illa nos debeamus facere quamvis aliquo  
 tempore fuerit concessum ut patet de conse.  
 di. i. sacramenta. Sed propter quod fuit ordina  
 tum quia aliter non debemus comicare vel ce  
 lebrare quam ieiunium. Item habes de conse.  
 di. ii. Licet mihi casu necessitatis vel  
 infirmitatis in quibus possumus comica  
 re sicut super dictum est. **Sequitur ac**  
**cipies etc.** Hic tangitur aliquod ex parte  
 operis. Accipies scilicet in manibus et hunc  
 preclarum calicem et dicit preclarus pro quanto in  
 sacramentis nihil est solemnius quam cor  
 pus et sanguis christi de conse. di. ii. Nihil  
 iterum significandum quod in vase decanti debet  
 administrari ut patet de conse. di. i. Va  
 sa. **Sequitur instans.** rone mundicie ac  
 venerabiles rone potestatis et in  
 unctionis crismate facta et benedictionis  
**Sequitur tibi gratias agens benedixit**  
**et dixit Accipite et bibite ex hoc**  
**omnes.** Et hoc versus deum est vocatur duplex  
 modus potestatis scilicet sacramentalis et  
 spiritualis. **Jo** dicit **Accipite et bibite.**  
**De forma sanguinis.**

**H**ic est calix mei etc. In hac p  
 te ponitur forma sanguinis et est ista  
**Hic est calix sanguinis mei novi et**  
**eterni testamenti. misterium fidei qui**  
**pro vobis et pro multis effundetur in**  
**remissionem peccatorum.** **Circa** hac  
 primam partem primo ponentur notabi  
 lia. scilicet mouebuntur dubia. Quatum  
 ad primum tria sunt notanda. Quid de  
 beat facere sacerdos dicendo simili modo  
 et quam post. aut dicere. **Primo** nota  
 quod dicendo simili modo debet discopari  
 re calicem et dum profert illa verba acci  
 piens calicem debet ipsum recipere cum ma  
 nibus ambabus. et dum dicit benedixit  
 debet facere crucem super calicem tenen  
 do calicem cum manu sinistra ne tactu  
 vel impetu cadat et facta cruce iterum  
 cum alia manu debet tenere calicem si  
 cut ante et hoc facto profert verba conse  
 crationis habendo si potest intentionem  
 actualem eleuata non aspirando ut  
 aliqui fatui sed honeste verba dice  
 do. **De** nota de hac cruce quid significat  
 dictum est supra de hoc quare non  
 oportet replicare. **Secundo** notandum  
 quod platis verbis consecrationis vsque ibi  
 in remissionem peccatorum debet eleuari  
 caute calicem non minus alte sed ali  
 quantum super caput et in directum ne ali  
 quid effundat. **Quantum** ad secun  
 dum ad maiorem euidentiam horum  
 verborum et totius forme sanguinis et  
 intellectum habendum queruntur hic  
 aliquo primo vix illa que adduntur hoc scilicet  
 novi et eterni etc. sint de essentia for  
 me. Et videtur quod non quia ad conse

ciationē corpis sufficiūt h̄ verba h̄  
 est corp⁹ meū. Igit̄ ad cōsecratōem  
 sāguis sufficiūt ista verba hic ē ca-  
 lix mei. In oppositū est rit⁹ eccl̄ie nā  
 sacerdos nō eleuat calicē q̄d̄iu h̄ v̄  
 ba dicunt̄ ḡ sūt de fōi. Dicendū q̄  
 uis aliq̄ dicat q̄ nō p̄t̄ rōem p̄dis-  
 ctā tñ aliq̄ dicūt meli⁹ a cōmū. et  
 h̄ac viā tenet t̄ho. m. iij. q̄ totū est  
 de fōi c. rō ē q̄ cōditōes apposite ad  
 sbiectū v̄l p̄dicatū sūt de integritate  
 locutōis. Itē illō q̄ seq̄tur non ē  
 locutō p̄ se p̄fecta h̄ det̄miatio p̄di-  
 cati. Iterū est ibi q̄ q̄d̄ est relatiuū  
 ad priora. Ad argumētū dicēdū q̄  
 cū eucariētie sac̄mētū sit memoriale  
 passiōis d̄m̄ce in cōsecratōe corpis nō  
 rep̄ntat nisi passiōis sbiectū h̄i cōse-  
 cratōe sāguis rep̄ntat passiōis mi-  
 steriū nō em̄ a corpe fuit sepat⁹ ses-  
 orsi sāguis ei⁹ nisi p̄ passiōē. Et  
 iō cōditōes d̄m̄ce passiōis exp̄mūt̄  
 p̄ v̄ba sequētia magis in cōsecratōe  
 sāguis q̄ in cōsecratōe corpis. He-  
 cūdo q̄rit̄ v̄t̄ h̄ forma sit cōueniēs  
 et videt̄ q̄ nō q̄tū ad verborū cōse-  
 cratiōē nā incōueniēs videt̄ dicē ca-  
 lix h̄ debet̄ dicē sāguis me⁹. Itē sic  
 d̄m̄ ē corp⁹ meū ita debuit dicī san-  
 guis me⁹. Itē cōn̄ hoc q̄d̄ d̄r̄ noui a  
 etermi testamētū q̄ nouū a eternū  
 videt̄ur cōtrarietate habere q̄ eter-  
 nū carz p̄ncipio a fine. nouū aut̄ ē  
 q̄d̄ suo p̄ncipio ē p̄p̄inquū ḡ male  
 Itē cōn̄ h̄ q̄d̄ d̄r̄ testamētū q̄ testa-  
 mētū videt̄ p̄tinē ad traditōez mā-  
 datoz v̄n̄ tabule cōtinētes decē pre-

cepta tabule testamētū dicūtur. sed  
 traditō mandatorū est alia a tradi-  
 tōne mādatoz sacramētōrū ḡ ac̄.  
 Item cōtra h̄ q̄d̄ dicūt̄ misterium ar-  
 guitur q̄ illud q̄d̄ potest inducere  
 errorez nō debet apponi sed h̄ q̄d̄ di-  
 cit̄ sc̄z misterū est h̄mōi quia ex h̄  
 visu est aliq̄bus corpus xp̄i verum  
 nō ibi cōtineri ḡ ac̄. **Q**uerit̄ ter-  
 tio quare fidei. Et videt̄ male dici fi-  
 dei q̄ hoc sacramētū precipue ē ca-  
 ritatis sicut baptism⁹ fidei ḡ debet  
 dicē caritatis. Itē nō videt̄ur bñ di-  
 ctū qui p̄ vobis effundetur q̄ sicut  
 sāguis est pro nobis effusus. Ita  
 corpus xp̄i p̄ nobis traditū sed si-  
 perius nō fuit dictum in forma cor-  
 poris q̄d̄ p̄ vob̄ tradet̄ ḡ nec h̄ dici  
 debet qui p̄ vobis effundetur. Itē  
 nūc passio xp̄i est p̄terita ḡ videt̄  
 nō bñ d̄m̄ tradet̄ nec effundet̄. Itē  
 videt̄ q̄ debz dici p̄ omib⁹ nō pro  
 vobis vel multis. Respōsio h̄ forma  
 cōueniens est vnde nō q̄ h̄c locutio  
**H**ic calix sāguis mei figuratiua ē  
 et pōt̄ itelligi dupliciter vno mō vt  
 accipiat̄ cōtinēs p̄ cōtento sicut di-  
 citur bibe calicē vel cōph̄n̄ v̄m̄ idest  
 vinum q̄d̄ est in calicē v̄l cōph̄o a ta-  
 lis sensus est hic. Sed tunc que-  
 ritur q̄re dicatur bibe calicē a nō sā-  
 guinez. Dicendum q̄ ratio est quia  
 sāguis de sui rōe nō dicat̄ aliquid po-  
 tabile p̄mo magis aliq̄d̄ q̄ natura  
 abhorret sumere in potum. et quia  
 sāguis xp̄i in hoc sacramento conse-  
 cratur vt potus. Itē oportuit aliq̄d̄



addi quod ad potum pertineret scilicet calicem  
 Alio modo potest intelligi ut sit metaphorice  
 fornicatio ut per calicem christi passio  
 designet sicut enim calix vini iebriat  
 hominem ita et passio sui amaritudine  
 quasi hominem ex se trahit. et hoc modo loquens  
 dominus est christus loquens de sua passione  
 dicens Matth. xxvi. Transeat a me ca-  
lix iste. Et hoc modus est bene ueniens  
 in hac forma quia ut dictum est in conse-  
 cratione sanguinis exprimitur directe  
 misterium passionis. Ad primum argumen-  
 tum patet per ipsam dictionem. Ad secundum dicendum  
 quod non est simile quia corpus de sui ratione  
 non dicit aliquid repugnans cibo ex ipsa  
 ratione sicut sanguis repugnat po-  
 tum. Ad tertium dicendum prudentia istius  
 argumenti et aliorum que sequuntur quod  
 uerba hoc que adduntur in consecratione  
 sanguinis exprimitur dictiones passio-  
 nis et precipue secundum quod operatur in sacra-  
 mentis. Sunt autem tria consideranda in  
 passione secundum quod operatur in sacramentis  
 Primum effectus quem inducit qui est remis-  
 sio peccatorum et hoc tangitur in hoc quod dicitur  
 qui pro uobis et multis. Secundo me-  
 dium quod iste effectus in alios traducit.  
 quod est fides que mediante habet effectum.  
 et in hijs que precesserunt et in hijs que  
 sequuntur et quantum ad hoc dicitur mister-  
 rium fidei quod quidem potest referri ad ipsam  
 passionem que est misterium fidei et occul-  
 tum quod dicitur a latere precipue apud antiquos  
 et diuersimode figurata et ad ipsius  
 sanguinem per in sacramento continetur  
 quod quidem latet sub speciebus et maximam habet  
 difficultatem ad credendum uel antonomas-

mofitate dicitur misterium fidei. Tertio fi-  
 nis ad quam producit que est et non bonos  
 rui precepto ad quem introducit christus  
 per sanguinem proprie passionis in quo nouum  
 testamentum confirmat non quidem promit-  
 tes temporalia ut prius sed eterna. Et quod  
 tunc ad hoc dicitur nouum et eternum testa-  
 mentum et quia finis est prior intentione  
 Ideo sine premissis per medium ad effec-  
 tum passionis ostendendum uerba for-  
 me producant. hijs uisus ad formam ar-  
 gumenti dicendum quod dicitur nouum te-  
 stamentum hoc sacramentum quia in renoua-  
 tione mundi institutum est scilicet tempore noue  
 gratie. Eternum ratione bonorum eternorum que  
 confert uel quia continet christum qui est perso-  
 na eterna. Et sic diuersimode non est  
 inconueniens idem dici eternum et nouum.  
 Ad quartum dicendum quod hoc sacramentum  
 dicitur testamentum ratione promissi-  
 sionis a patre celesti bonorum eter-  
 norum. precepta autem dicitur testa-  
 mentum tanquam uia ad consequendum  
 hereditatem promissam. Ad quintum dice-  
 dum quod nihil prohibet illud quod est in aliquo  
 occultum et figuratum secundum ueritatem esse  
 propter quod frivola occasione erroris  
 accipiunt que negant christi sanguinem secundum  
 ueritatem esse ibi in altari propter hoc  
 quod est ibi secundum figuram. Ad sextum dis-  
 cendum quod licet hoc sacramentum sit  
 caritatis tamen ad effectum huius sacra-  
 menti percipiendum necessario oportet  
 fidem supponere qua mediante quis  
 fidem percipiat. Ideo tanquam medium  
 producens ad effectum posuit hoc fidem  
 potius quam caritatem. Ad septimum

dicendū q̄ in cōsecratōe sanguinis  
 p̄prius fiḡtur passio q̄ in cōsecratō  
 ne corp̄is. ideo meli⁹ debuit h̄ pom̄  
 effundet̄ q̄ sup̄ traditur. Ad octa  
 uū dicēdū h̄ verba recitant̄ tanq̄ p̄  
 lata a xp̄o qui p̄ tpe illo nodū tras  
 diderat corpus suū licz de p̄p̄m q̄ eēt  
 traditur. Ad nonū dicēdū q̄ sāg  
 uis xp̄i fusus ē p̄ oib⁹ q̄tū ad suffi  
 ciētiā q̄ minima gutta suffecisset h̄ nō  
 q̄tū ad efficacīā nisi p̄ electis. Iō  
 nō dixit p̄ oib⁹ sed dixit p̄ vobis q̄  
 tū ad ap̄los et sacerdot̄es q̄b⁹ me  
 diatib⁹ effectus passiois ad alios  
 p̄tingit p̄ dispositōem sacramētōz  
 sed dicit p̄ multis ad alios electos

**Hic mouētur dubia et primo de  
 modo sumptionis.**

**Q**uoniam istud sacramentū viden  
 da sūt multa p̄mo de mō sup  
 tionis. sc̄do de mō traditiōis. tertio  
 de vi cōsecratōis. quarto de veritate  
 locutiōis. quinto de veritate appariti  
 onis. sexto de q̄titate tras gressiōis  
 septimo de mō existētie et cōuersiōis  
 octauo de effectu additiōis v̄l r̄mo  
 cōis. Quātū ad p̄mū vidēda sunt  
 duo. Primo vtz corp⁹ xp̄i semper  
 debeat sumi s̄b vtraqz spē. Dicendū  
 s̄m t̄b. q̄ sic de cōse. di. ii. relatū etiā  
 toties sumat q̄ntes celebrat. H̄z q̄  
 si infra missam infirmes aliquis ad  
 mortē nec habeat sacerdos aliā ho  
 stia quā illā cū qua celebrat. Dicen  
 dū q̄ in tali casu d̄z diuidē hostiā et  
 vnā ptē sumere et aliā infirmo daē

**Sec̄do q̄rit vtz laicis deat dai**

s̄b vtr̄qz spē. Dicēdū q̄ licz greci b̄n  
 faciāt sumēdo s̄b vtr̄qz spē t̄n latini  
 meli⁹ faciūt nō ministrādo p̄plo sub  
 vtraqz spē et h̄ triplia rōe. p̄ma est  
 ne credet̄ totū nō eē s̄b vtraqz spē h̄  
 diuisi. Sec̄da ē ne sāguis eis mini  
 strādo effūdat̄ qd̄ attingē posset fre  
 quēter cū multi valde inepte ad coi  
 cadū se ponāt. Tertia rō est qz i ve  
 teri lege in oi sacrificiō erat libamē  
 de q̄ nihil habebāt offerētes h̄ has  
 bebāt de sacrificiō. p̄ libamē aut̄ sig  
 nificabat sāguis xp̄i. p̄ sacrificium  
 corp⁹? Iō b̄n instituit eccl̄a ut s̄b  
 spē panis solum daretur.

**De modo traditiōis**

**Q**uantū ad sc̄dm sc̄z de mō tra  
 ditōis vidēdū est p̄mo vtrū  
 hostia nō cōsecr̄ta debeat dari i aliq̄  
 casu. Dicēdū q̄ nullomō qz in sacra  
 mēto veritatis nō d̄z eē aliq̄ fictio cū  
 em̄ māducās ador̄z qd̄ māducat ut  
 dicit Aug⁹. dar̄z sac̄dos occasionē  
 p̄tolatriādi v̄n etiā decretal̄ dicit qz  
 abiciēda sūt falsa remedia q̄ sūt ve  
 nemis sp̄ualib⁹ grauiora ex̄ de cele  
 mis. ab h̄vie. p̄t qd̄ dānabiliē pec  
 cāt aliq̄ sacerdot̄es q̄ pueris dāt ali  
 qn̄ hostiā nō cōsecr̄ta p̄ cōsecr̄ta. De  
 cūdo q̄rit vtz pueis sit ministrādū et  
 in q̄ etate. R̄ndeo s̄m t̄b. qz pueris  
 caretib⁹ vsu rōis q̄ nō possūt disti  
 guere iter cibū corp̄alē et sp̄ualē nō  
 debz ministrare sacramentū licz q̄dam  
 greci teneāt cōntrū sed irrōnabiliē  
 quia ad eucaristie susceptionem et  
 sumptionē req̄ritur deuotō actual̄

quā pueri tales habere nō possunt  
sed pueris iam incipientibus habere  
discretionem etiā ante pfectā etatē  
puta cū sint decem annorū aut circa  
pōt dari si in eis signa discretōnis  
et deuotōis appareant. **T**ertio q̄  
nō vtrū ad sumēdū aliq̄d expimē  
tū deberet dari et pbādū de aliqua  
veritate vel falsitate. Dicēdū s̄m tho  
mā q̄ corpus xp̄i nullo mō debet da  
ri ad sumēdū aliq̄d experimentum  
vel ppter aliquā purgatōnem licet  
videatur s̄ innuere quoddā decre  
tū. qz illud decretum abrogatū est  
vt dicit idē tho. in vltima pte sūme.

**De vi consecratis**

**Q**uantū ad tertū videndum ē  
primo vtrū si in triduo mor  
tis consecratū fuisset ibi anima extit  
set dicēdum qz nō qz cū aiatio sit p  
petas intrinseca constat qz sicut corp?  
xp̄i in ppria sp̄e erat examine tūc in  
ppria specie ita s̄ sacramento vñ si  
corpus xp̄i fuisset tūc ab aliquo di  
scipulo consecratū nō fuisset ibi i aia  
qz anima nō est ibi ex vi sacramen  
ti sed ppter cōcomitānā tñ. Ideo si  
consecratur corpus xp̄i sic anima exi  
stente nihil deperit pfectiōni sacra  
menti si aia ibi nō contineatur. **S**e  
cūdo vtz plures possunt eādē hostiā  
consecrare. Et de h̄ dictū est sup̄ satis  
diffuse ideo modo omitto.

**De veritate locutionis.**

**Q**uantū ad quartū tñ ē vnū  
videndū scz vtrū seruato cor  
pore xp̄i consecrto in pixide post cenā

ibi moreretur. Dicēdum qz duplex ē  
passio q̄daz est ab extrinseco illata  
et quedā ab intrinseco innata. **S**i  
loquimur de passioe ab extrinseco illa  
ta. Dico qz omnia verba q̄ signant h̄  
modi passionem nō possunt corpori  
xp̄i attribui put est sub sacramento  
cui? pōt esse racō qz nō est ibi s̄ spe  
cie ppria vnde nō potuissz dici qz in  
pixide crucifigeretur vel spueretur  
verberaret et h̄mōi nec sequitur qz  
duo contradictoria simul sint vera qz  
s̄m idē cōpetatur ad extra corpus  
xp̄i hic et ibi. sed in cruce sub specie  
ppria in pixide s̄ specie aliena. **S**i  
aut loquamur de passione innata tūc  
omnia verba significancia passionez  
talem attribuitur sibi et cōueniunt  
vt dolet patitur et moritur vñ vers?

**Dixit seruato potest copulare volo  
re Innatū sed nō illatus appetit illi**

**De veritate apparitionis.**

**Q**uantū ad quintū videbunt  
tria p̄mo vtrūz qñ apparet in  
forma carnis vel pueri sit ibi realit  
Secūdo vtrū xp̄us aliqñ sub ppria  
specie videatur. Tercio vtrū demo  
nes aut angeli ip̄m videant ibi na  
turaliter. Quātum ad p̄mū dicēdū  
breuiter qz sic aliter nō adoraretur  
vt prius qñ in specie panis appare  
bat sed vtrū illa species q̄ ibi appa  
ret sit sp̄s corporis xp̄i difficile est  
determinare tñ breuiter trāseundo  
nota qz aliqñ in sp̄e carnis vel pueri  
apparet solū vni vel aliquibus. Alijs  
aut in sp̄e panis et p̄ statim in sp̄e

carnis. Et tunc potest dici quod illa species  
 visiva talis quae est species carnis vel  
 pueri est solum in oculo videntis quia  
 apparet quia vel in omnibus in tali  
 specie apparet et hoc fit diuino miraculo  
 ut similitudo corporis christi fiat in  
 oculo sicut naturaliter fieret si corpus  
 christi praesens esset nec est deceptio quia non  
 fit nisi ad instructionem fidei et deuotionem  
 excitandam. Aliquando autem ab  
 omnibus in tali pueri specie vel carnis  
 videtur. Et tunc dicendum quod sicut quando  
 videbatur corpus christi in specie panis  
 erant quaedam dimensiones subsistentes in  
 quibus alia accidentia sensibilia fundebantur.  
 ita iste dimensiones etiam manent et alia  
 accidentia sensibilia eis superducuntur  
 diuina virtute speciem carnis aut pueri  
 praesentia quae prius speciem panis  
 praesentebant et post eam postea eadem  
 virtute illis recedentibus iterum accidentia  
 panis reducuntur et hoc breuiter quantum  
 ad primum. **Quaeritur** ad secundum  
 utrum deus sub specie diei propria  
 aliquando videatur. Dicendum breuiter  
 quod licet quando apparet sub forma pueri  
 aut carnis videatur apparere sub  
 specie propria tamen ut dictum est statim non  
 est sic propter quod probabiliter dicitur quod  
 nunquam in specie propria ibi videtur sed in  
 figura illa latent species quibus ostenditur  
 sub quibus accidentibus carnis aut pueri  
 ut dictum est immediate. Quis autem sit  
 agendum quando apparet in tali specie  
 et qualiter videbitur in fine libri deo dante.  
**Quaeritur** ad tertium scilicet utrum  
 angelus vel demones videant

deum naturaliter. Dicendum quod visus eorum  
 non est corporalis sed intellectualis tunc ergo  
 distinguo quia tu quis de cognitione naturali  
 quae fit per species inatas aut de cognitione  
 supernaturali quae fit verbo in visione beata.  
**Si** queris de cognitione naturali dico quod  
 ad hoc quod corpus videatur requiruntur  
 duo vnum est quod videatur ab absentia  
 panis qui prius erat ibi. Aliud quod  
 videatur ipsum praesens corpus christi.  
**Primum** ergo bene possunt cognoscere omnes  
 angeli boni et mali scilicet absentiam panis  
 naturaliter. **Cuius** ratio est quia qui intuitue  
 videt rem aliquam presentem in loco videt  
 etiam eius absentiam sicut videns aliquam  
 columnam in claustrum quando est ibi videt  
 etiam eius absentiam quando non est licet  
 nesciat quid factum fuerit de ea. **Si** secundum  
 praedicta corpus christi naturaliter plenarie  
 non videntur quia quae sunt fidei excedunt  
 cognitionem naturalem. **Si** autem quis de  
 cognitione supernaturali quae fit in verbo  
 sic dico quod angeli boni videntur ibi corpus  
 christi et cognoscant quia habent visionem  
 beatificam quae succedit fidei nostrae sic  
 ergo nos credimus ita ipsi vident. **Demones**  
 autem quia non sunt beati tali cognitione  
 non vident sed credunt et obtemperant.

**De quantitate transgressiois.**

**Quaeritur** ad sextum videbuntur duo primo  
 utrum plus peccet hereticus concilians quam  
 fidelis peccator. Dicendum quod refert  
 quere quis eorum est dignior ad manducandum  
 corpus christi.

et queritur quis eorum magis indignè  
 sumit vel māducat Quia si quis quis  
 eorum sit dignior ad sumēdū dico qd  
 peccator fidelis qd peccm infidelitatis  
 est gūi? ceteris peccis **S**3 si queris  
 quis eorum magis indignè sumit Dico  
 qd fidelis peccōr qd hereticus vel in  
 fidelis nō credit qd sumit eē tāte dig-  
 nitatis q̄te est. **J**o tm nō peccat in  
 abusu qd ignorātia infidelitatis ex-  
 cusat a tāto q̄uis nō a toto **V**n di-  
 cebat ap̄ls Misericordiā cōsecutus  
 fū qd ignorās feci in incredulitate  
 mea p̄pter qd infidelis indignè mā-  
 ducat sed fidelis peccōr magis idig-  
 ne **D**ico vtrū sbiacens peccato  
 carnali pl? peccet cōicādo qd sbias-  
 cēs peccō spūali. Dicēdū qd aliquis  
 pōt pl? peccare dupl? vno mō per se  
 alio mō p accidēs. **S**i loq̄mur p se  
 tūc dico qd ad digne sumēdū corp?  
 xp̄i duo req̄runt scilicet vt homo sit  
 in statu grē p quā capiti ei? vnitur  
 scōdo vt mens eius feratur ad deum  
**Q**uantū ergo ad primū magis effi-  
 citur q̄s indign? p̄pter peccm spūa-  
 le q̄ carnale qd peccm q̄to grauius  
 tāto magis elongatur a grā **E**t s̄m  
 grēg. peccata spūalia gr̄uiora sunt  
 s̄m genus q̄ carnalia lēz aliqd car-  
 nale sit in spūali loquendo gūi? aliqd  
 spūali. **S**3 q̄tū ad scōm scz eleua-  
 tōez mētis pl? ipedit peccm carnale  
 qd in eo mens hūana dep̄mis qd ad  
 supna ferri non pōt qd etiā in actu  
 m̄r̄m̄omali spūscūs corda p̄p̄haz  
 nō tangit vt dicit **J**ero. **S**3 qd mul-

to gr̄uius est habitū grē tollere q̄  
 actum virtutis impediē maior dig-  
 nitas linq̄tur ex defectu primi q̄ ex  
 defectu scōdi **I**deo plus peccat qd pec-  
 cato maiori irretitus ē nisi p igno-  
 rantia excusetur **C**ercius aut potest  
 cognosci peccatū mortale ī peccatis  
 carnis precipue luxuria q̄ in pecca-  
 tis spūalibus **E**t ideo p accidēs pl?  
 peccat cū peccō car̄li accedens q̄uis  
 p se qd simpl? pl? peccet accedens cū  
 spūali si spūale sit grauis carnali.

**De mō existētie qd ouerfionis**

**Q**uantū ad septimū dicendū  
 qd sola accidētia panis h̄ re-  
 manēt sub dātā panis trāssubstā-  
 tiata qd ouersa in corpus xp̄i qd licz  
 natura non possit facere qd accidens  
 sit p se sed semp inheret alicui sb-  
 iecto tm potētia dei q̄ est infinita q̄ se  
 extēdit ad omē illd qd nō implicat  
 cōdōnem pōt h̄ facē **C**ertū est autē  
 qd accidētia illa q̄ sunt q̄titas qd q̄li-  
 tas cū sint absoluta eē sine subiecto  
 et sb̄a panis non iplicat cōdōez qd  
 non seq̄tur qd idē sit qd qd idem nō sit  
 sed qd idem est nūc in alio nunc aut  
 sine illo. **I**terū plus pōt deus facere  
 q̄ intellect? n̄r intelligere sed nos  
 itelligim? absolutā rōem q̄tutatis  
 et qualitatis nō intelligēdo sbiectū  
 g° qd deus pōt facere h̄mōi accidētia  
 sine sbiecto de hoc datur exemplum  
**I**n hybernia est quidaz lacus qd si  
 ponatur ibi bacul? ita qd vna pars  
 sit in luto alia in aqua alia in aere  
 sic fiet qd pars que erat in luto erit

ferri in aqua lapis qui in aere remanebit lignum et tamen in aliquos remanet eadem quantitas et substantia mutata. Si ergo hoc fit opere nature quod substantia mutetur manente quantitate multo fortius operatio dei et sic patet quod accidentia sola manent et substantia illis tamen accidentibus continetur corpus christi. Et ideo ad videndum quomodo est ibi. Queritur utrum corpus christi substantia illis accidentibus contineatur et videtur quod non quia nullum corpus potest moueri diuersis motibus sed frequenter contingit quod quando vnus sacerdos eleuat hostiam alius deponit. 8<sup>o</sup> ad. Item impossibile est totam quantitatem corporis christi contineri cum sit corpus magnum 8<sup>o</sup> ad. Dicendum breuiter quod nunc non est hoc plene determinandum quia iuueniendi modum per quem christus est ibi positus difficile est quia hoc transcendit sensum et imaginationem creatam sed modum esse diuini negatiuum possumus bene dicere quod non est ibi localiter nec circumscrip-tiue nec per modum quantitatum et dimensiuum sed est ibi ineffabili modo sacramentali quia multi sunt modi essendi in aliquo nec argumenta cogunt. Ad primum quando dicitur nullum corpus potest moueri ad. Dico quod verum est. Ad minus dico quod non est inconueniens secundum modum secundum quem est ibi corpus christi quia non est ibi localiter sed sacramentaliter. Unde iste modus solus est in accidentibus non in corpore christi substantie. Ad secundum scilicet quod impossibile est totam quantitatem corporis christi contineri cum sit magnum corpus dicitur quod non est inconueniens vnum magnum corpus conti-

neri in aliquo puo loco non per modum localem nec circumscrip-tiuum sed per alium sicut sol est et apparet qui est tam magnus in modico speculo totus et sic est de corpore christi quod non valet.

De effectu additiois et remotiois

**Q**uantum ad octauum utrum ad formam consecrationis possit aliquid addi vel minui. Dicendum secundum Alber. quod forme iste in nullo debet mutari quia si mutarentur in alia verba pro certo non conficeret etiam si verba eundem sensum habere viderentur nec aliquid debet diminui quia si diceretur hoc est meum remanet idem minus tamen quod sit meum. Et si diceretur hoc est corpus non significaretur proprium corpus christi. Sed de additioe dicitur quod significationem non mutat nec inducit errorem. Ut si dicatur hoc est corpus meum sanctum et dilectum vel aliquid huiusmodi tamen nullo modo est faciendum et qui facit est increpandus.

De verbis institutiois.

**H**ec quotienscumque ad. Hec est quod particula. In qua posita forma consecrationis quantum ad utrumque quod scilicet corporis et sanguinis ponuntur verba institutionis tunc enim hec verba dicendo instituit apostolos sacerdotes et instituit hoc sacramentum figurarum veterum completiuum. Dicit ergo in mei memoriam facietis. Id est memoriam mee passionis et mortis primo ad Clv. xi. Quod dicitur cumque manducabitis panem hunc et calicem bibetis mortem domini

annunciabitis donec veniat **C**irca  
 hec notanda sunt multa primo quod hec  
 verba scilicet hec quotienscumque ac-  
 non sunt de essentia forme consecratio-  
 nis quod patet quia cum verba refe-  
 rantur ad corpus christi et sanguinem  
 populi adorando ydolatriam committeret  
 primo quod corpus christi adoratur antequam di-  
 cantur quod non est dicendum **S**ecundo no-  
 tandum quod ex his verbis concluditur error  
 illorum qui dicunt quod si in triduo mor-  
 tis aliquis voluisset consecrari non fuisset  
 consecratus. **N**am christus hic dedit potestatem  
 apostolis et discipulis non exequendo aliquid  
 quod tempus ideo vera consecratio e-  
 sset et fuisset ibi corpus sed non cum anima ut  
 habitum est super **T**ertio notandum  
 quod postquam sacerdos calicem deposuit re-  
 uerenter dicendo hec verba debet ipsum co-  
 optare cum corpore **Q**uarto per nota-  
 bili quod videtur debet eleuari calix co-  
 optus vel discooptus **E**t dicendum  
 quod non est magna vis quantumcumque modo fiat  
**N**am si opus fuerit sanguinem christi asper-  
 sisse secrete scilicet quando oravit. **E**t factum  
 est sicut dicitur sicut gutte sanguinis de  
 currentis in terram **Luc. xxij.** Si vero  
 discoopitur fuerit ei sanguinem paten-  
 ter aspersum in die pasceus tunc con-  
 discooptus eleuatur **Q**uinto notat  
 de modo adorandi vel orandi in eleuatione  
 corporis et sanguinis quomodo est adorandum **A**d  
 hoc potest dici quod secundum deuotionem cuiuscumque  
 quod nam non sunt determinata ad hec verba  
 aliqua quia aliqui dicunt **I**n man-  
 tuas comendo spiritum sanctum. **A**liqui **A**ue-  
 verum corpus natum **A**liqui **I**esu christe

fili dei viui miserere mihi peccatori. aliquid  
 in hu nazaene rex iudeorum miserere mei  
**A**liqui istos versus. **X**risti corpus aue  
 rege corpora nostra suaue. **D**ulcis aue  
 sanguis mala destrue que parat an-  
 guis et sic de aliis secundum diuersum mo-  
 dum et deuotionem quam homo habet ad  
 ipsum christum **S**exto notandum quid  
 significant cruces que fiunt in con-  
 secratione corporis et sanguinis di-  
 cendo benedixit **D**icendum quod illa crux  
 que fit primo in consecratione corporis  
 super illa verba benedixit significat  
 quod christus passus est in corpore. **I**lla  
 autem que fit super vinum dicendo illud  
 verbum iterum benedixit significat quod  
 christus passus est in anima. **V**n secundum  
 Augustinum totum hominem sumpsit  
 ut totum hominem patiendo redimeret  
**D**e rei consecrate commemoratione.  
**S**equitur unde et memores. hec  
 est tertia pars secunde partis prin-  
 cipalis canonis. **I**n qua ponitur rei  
 consecrate commemoratio **E**t diuiditur  
 in quatuor **N**am ponitur primo commemo-  
 rationis actum cum dicitur unde et memores. **S**ec-  
 undo commemorationis subiectum ibi nos ser-  
 uum. **T**ertio commemorationis obiectum ibi e-  
 dem filij tui. **Q**uarto commemorationis effe-  
 ctum ibi offerimus. **C**irca hec videnda  
 sunt ista primo de verborum expositione secundo  
 de ritus obseruatione. tertio de quadam du-  
 bitatione. quarto de crucis significatione  
**C**irca primum dicitur sic. unde quod est illati-  
 uum regularum precedentium quod dictum fuit  
 statim. hec quotienscumque feceritis in  
 mei memoriam facietis statim subdit

vñ et memores **Ex** quo patz q nul  
 lus ppetuo abstinere debet a celebri  
 tione et memoria hui? cū nō sit ptās  
 data in vanū pmo etiā exti de cele.  
 mis. **T**ollentes. replendūtur illi q  
 solū qter in āno celebrāt **Deq̄t**  
 nos serui poitur hic cōmemoratois  
 sbiectū ad hāz loquit h de ministrā  
 tibus qui debent se hūiliando seruos  
 recognoscere et quia loq̄tur etiā in  
 psona ecclie militantis sbdit **H**ec  
 et plebs tua scā scz p baptisimū sci  
 ficata. **Deq̄t**ur eiusdem xpi filij  
 tui. ponitur hic cōmemoratois ob  
 iectū qz ille idem qui passus est. est  
 hic cōsecratus licet sb alia specie **E**t  
 ppter hoc eliditur error illorū q dis  
 cebant qz xpus non erat vere in hoc  
 sacramento sed figuratur vt supra  
 est probatum **Deq̄t**ur tam beate  
 passiois ac. **L**ra clara est **Deq̄t**  
 tur **O**fferimus. **H**ic cōmemoratois  
